



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

NYPL RESEARCH LIBRARIES



3 3433 07580183 1





Bonnerup  
NWJ







J OHANNIS L.  
B ONEFONII  
A R V E R N I  
C A R M I N A.



L O N D I N I :

Ex Officinâ JACOBI TONSON,  
& JOHANNIS WATTS,

M DCC XX

M T.

Digitized by Google

THE NEW YORK  
PUBLIC LIBRARY  
**837906**  
ASTOR, LENOX AND  
TILDEN FOUNDATIONS  
R      1918      L



# LECTORI S.

**S**i situr h̄ic tibi, amice lector, Joannes Bonefonius; ob eximiam artis metricæ in hendecasyllabis maximè pangeadis facultatem inter primos sui temporis poëtas numeratus; elegans Catulliani styli feliciter fingendi artifex, & nequitiarum apud lascivientes hujusmodi scriptores consuetarum imitator; eam sibi nonnunquam permittens licentiam, ut non solum dictione minus casta, sed & minus Latina aliquando uti nonnullis videatur. Paucis tamen exceptis, quæ aut verecundiorum Catonum aut severiorum Criticorum aures offendant; supererant plura, quorum lectionem illi non erubescant hi non improbent.

Ejus Bafia & Poemata, ad prælum haud infrequenter revocata, rariè nihilominus occurunt. Ingratam itaque nostram non fore speramus in multiplicandis eorum exemplaribus operam; in hac editione Lugduno-Batavam ann. 1659 in 8°. minimè aspernandum fecuti: adjectâ ad calcem ex Me-

nagianis authoris notitiâ. Ibi quædam notantur loca, in quibus ab illo contra Latini sermonis aut carminis leges peccatum est: sed animadversiones illas maluimus discutiendas proponere lectoris iudicio, quâm nostrum pronunciare.

Hæc editio typis aliquanto majoribus excusa est, quâm quibus illæ recentes reliquæ in 12° Authorum Londinenſes. Elzevirianarum elegantiā voluimus imitari; non (ut Petrus Burmannus pro singulari suâ humanitate nos traducit) palmam præcipere; brevi (quod ait) tempore magnum satis veterum scriptorium numerum effundentes: scilicet festinatione summa & non adhibitis in consilium diversis virorum doctorum curis & animadversionibus illas modò editiones expressissime vici, que famâ & sermonibus vulgi optime jactantur.

Neminem hactenus immerentem aggressis, & immerito laceſſitis licet non nihil reponere, bonâ glorioli professoris venia, qui magnam satiis commentariorum paſſim conqueritorum mollem in nuperam suam Velleii Paterculi editionem (brevi longōne tempore parum interest) effudit. Liceat autem affirmare, nos in nostris editionibus non fuisse usque adeò præproperos, incuriosos & inconsultos, ut virorum nec-vulgarium animadversiones, editionesque (quoties haberi potuerunt) antiquissimas & à famâ ac sermonibus vulgi remotas non consuluerimus; quamvis humilis & exigua nostrorum librorum forma, ad Burmannianam amplitudinem non intumescescens, sed puerorum magis quâm virorum usibus

usibus destinata & accommodata, vegrandes istas variantium lectionum sarcinas reliquāmque istiusmodi mīscelae farraginis pomparam & apparatus non caperet. At in contexendis de novo (qui etiam eruditis forsan profuerint) iudicibus, poetarum præsertim, multum temporis & operæ impensum fuisse, nemo, nisi injustissimus rerūmque istarum insciens ac inexpertus, non facile conjicit. Editor tamen, uti non ad Burmanni *amplis & ingenii & doctrinae copiis* prætumidi famam, ita neque ad illius insolentiores in sententiâ de alienis operibus ferendâ dictataram aspirat; suâque contentus industriâ, nemini omnium, qui ipsi in eâdem arenâ præeuntes factem prætulerunt, famam derogat; de eluendis (etsi posset) quas is censor nostris opusculis imprimere conatur, maculis neutiquam sollicitus. Dum instructiores alii suas mēsses accumulant, ipse pauperculus suum interim offert manipulum. Ingenti Græviani nominis gloriâ & auctoritate permotus, insignem tanti viri discipulum & successorem lubentissime agnoscit eruditione, exercitato scribendi stylo & famæ celebritate superiorem; nec cum illo aut quovis alio, nisi alacti in litteris aliquatenus promovendis conatu, modestâ virium propriarum aestimatione, candidoque de omnibus & candidis & litterarum amantibus judicio, statuit contendere. Ægre feres, lector, longo epistolæ ambitu moram tibi fieri ac fastidium: sanè absque clarissimo isto Suffeno fuisset, qui nostris laboribus detraxit, cujusque iniquas cavillationes negligere præstat,

quām talibus litigiis implicari ; te brevi-  
or detinuissest præfatio. Vale ; & si quid fructus  
è nostris conatibus unquam perceperis, laborantes  
& bene mereri studentes gratiâ protege ; sin  
minus, tentantibus & bene volentibus veniam  
saktem indulge.

*Londini 1719.*  
*8. Cal. Octob.*

---


### E R R A T A.

Pag. 18. v. 20. diriguere P. 59. v. 19. populaandam P. 60.  
v. 5. voltu. P. 61. v. 1. Necdum P. 69. v. 23. provocem  
tūra, ubi occurrit, letter benignè redimuntur.



# JO. BONEFONII

# BASIA.







# JOSEPHUS SCALIGER, JULII CÆSARIS FILIUS, In Basia Bonnefonii.



Rodite aurea scripta Bonnefonii,  
Prodi candida Musa Bonnefonii,  
Ut doctis etiam Italis pudorem  
Imponat, quibus in Poëticâ assis  
Non est Gallia terra: namque solis  
Romuli popularibus Remique  
Musarum attribuunt salera atque gustum;  
Ut quorum patrios utrinque fines,  
Infernæ mare cingit aut supernæ.

Nos vappæ sumus, atque Apollinares  
Lixæ, Musica castra pervagantes,  
Quos nec Italis aura vagientes  
Primùm adflaverit, aut Latina mamma  
Lac immulserit humidis labellis.

Tu contrà Aufonios pereleganti  
Doctos carmine provocas poëtas;  
Sic est materies boni poëta,  
Merx est publica, quam Dii benigni  
Vendunt omnibus improbo labore;  
Hanc, cui non lubet esse negligentis,  
Docta Musica in artis officinâ,  
Sub incude laboris usque tundens,  
Se se fabricat, & sui artifex fit;

Nec Romæ sat̄is est fuisse natum,  
Nam sit, non mod̄o nascitur Poëta.

---

## STEPHANUS PASCHASIUS in Bafia Joan. Bonefonii.

HINC tua si dentur, Veneris mihi dentur &  
Aspernor Veneris basia, sumo tua. [illinc:  
Cur ita? Nimirum quæ nec̄tis, basia mille  
Intus habent Veneres; in Venere una Venus.

---

## CI. BINETUS ad Janum Bonefium.

SIC verum fatere, sic amab̄  
JANE, mi fatere vel rogant̄,  
Tuum ut sponte tui arguant amorem  
Versus aureoli venustulique.  
Tén' tota aureola &c venustula illa,  
Formarum unio Pancharilula illa,  
Illa cæsiolis-mictans ocellis,  
Illa amabilis atque amica (si fas  
Pæto ex lumine suspicari amorem)  
Tuis ipsa etiam obligata vinclis,  
Grato carcere distinct, ligatque  
Vivis bella puella te catenis?  
Quis non invideat beatitatem  
Illam, si liceat tuos leperes  
Ruptos assiduâ osculatione  
Ejus humidulæ innatare lingue,  
Disertæque, citæque, flexilique?

At me blæfula (nec pudet fateri)  
 Condit languidulum Melina melle,  
 Illa languidulæ Melina lingue:  
 Et cùm Musa mihi facetiarum  
 Spirat quid, subito in sinum recondit.  
 At si mi quoque jam sororiantes  
 Paulùm jam pateant manu papillæ,  
 Si porrigit sifientibus labellis  
 Oris oscula delicioris,  
 Una & nectareos propinet haustus,  
 Quis non invideat tibi mihiique,  
 Jane, illam aureolam beatitatem?  
 Sed quam non potes invidere nobis,  
 Quam non ipse tibi invidere possum:  
 Bella Panchari, bella si Melina es,  
 Si quantum pote amare, utrumque amatis.

Cæteri invideant & usque & usque:  
 Quisquis invidet, is suum fatetur  
 Crimen invidiæ, probatque se:  
 Plenum ruris & inficetiarum,  
 Qui nec novit amare, neendum amat.



**JOAN.**





# JOAN. BONEFONIUS ARVERNUS,

*Ad Jacobum Guellum, Regis Catholici  
Procuratorem.*

Se ab amore revocari non posse scribit.



Guelli, juvenum eruditiorum  
Vel ipsâ invidiâ fatente princeps,  
Quid Bonefius hîc tuus negoti  
Gerit, qui valet, anxior requiris?  
Ludo carmine, quo tener Catullus  
Lusit, & teneri æmulus Catulli

Ille Plinius, atque Calvus ille;  
Quo tu in carmine si tui Bonefi  
Et salem minùs & minùs leporem,  
Certè nequitiam satis probabis.  
Et nunc molle mihi & suave quiddam  
Ridentes oculos meæ puellæ  
Ad coelum lepido vocare versu;  
Eosdem quoque nunc ferocientes  
Juvat stringere sæviore iambo.  
Quid tu, inquis, Venerem jocosque cantas,  
Cui Phœbi sine more sævientis  
Ille immanc sonans minatur arcus?

B

Canto. Nam quid ego illa perimescam,  
 Quibus me juvet interisse, tela?  
 Quem Cupidineæ nocentiores  
 Premunt ossibus intimis sagittæ,  
 Et nocentius omnibus venenum,  
 Quo, velut Tityi jecur renascens,  
 Sic semper pereo, ut pereire possim.

---

## I D E M

*Ad Antonium Cotellum Senatorem  
 Parisensem.*

Pancharillæ formæ elegantiam describit;  
 quâ se captum ait.

**N**AM quid dissimulem? Illa me, Cotelle,  
 Nympharum domina, illa Pancharilla,  
 Prima militæ hujus insolentem,  
 Et cupidineæ rudem palæstræ,  
 Cepit flammeolis suis ocellis,  
 Vinxit aureolis suis capillis.  
 Ut vidi, furor & malignus error  
 Me miseruit: ille me genarum  
 Fulgor lubricus, ille Pancharillæ  
 Pudor virgineo natans in ore:  
 Risus ille decens, & ille candor  
 Fuci nescitus, ille me vetusti  
 Splendor sanguinis; illa liberalis  
 Indoles animi, illa mens senilis  
 Ætate in tenerâ, tenoreque constans,  
 Ille corporis elegantioris

Cultus simplicior, & illa vultus  
 Majestas placida & serenus ardor,  
 Ille frontis honos patentis, ille  
 Me superciliij nigellus arcus,  
 Dentiumque duplex eburnus ordo,  
 Et menti bifidi decor venustus,  
 Spira illa auriculae rotundioris :  
 Illa blasifula, mollicella, verba:  
 Illa me capitis nitens columnna,  
 Errandator omnibus columnis,  
 Castigator omnibus figuris :  
 Illae marmore purius nitentes  
 Papillae teretes, suas Diana,  
 Et quas esse suas velit Dione,  
 Obstrinxere sibi arctiore vinclo.  
 Illo carcere pectoris repose,  
 Illis me pedicis profundi amoris  
 Aeternam illi Pandharilla vinxit.  
 O custodia carceris benigni!  
 O dulces pedicæ! & beata vincula!



JOANNIS BONEFONII  
ARVERNI  
BASIORUM LIBER,  
Qui inscribitur PANCHARIS.

## B A S I U M I.

*Quo petit, ut Pancbaris ipsi bafis animans  
exsugat.*

**N**ympha bellula, Nympha mollicella,  
Cujus in roseis latent labellis  
Meæ deliciæ, meæ salutes;  
Nympha, quæ veneres venusta tota  
Omnes omnibus una surpuisti,  
Amabo, mihi basium propina,  
Quo tandem meus acquiescat ardor.  
Ah! ne bafolum mihi propina,  
Nam contrà magis excitatur ardor:  
Sed mi fuge animam halitu suavi,  
Dum nil quicquam animæ mihi superfit.  
Ah! ne, ne mi animam, puella, fuge:  
Namque exors animæ quid ipse tandem,  
Quid sim vana nisi futurus umbra,  
Et errans Stygiis imago ripis?  
Infaustis nimis ah! nimisque ripis,

Quæ nullam venerem & suavitatem,  
Nullas delicias jocosque nōrunt.

Imò tū mī animam, puer, fuges  
Suge, dum mī animæ nihil supersit;  
Dumque molliculi comes Catulli,  
Dumque molliculi comes Tibulli,  
Eam pallidulas & ipse ad umbras,  
Et erem Stygiis imago ripis.

Tum vicissim ego, Pancharilla, fugam  
Tuæ florem animæ suaveolentis,  
Dum nil quicquam animæ tibi supersit;  
Dumque Lesbolæ Catullianæ,  
Dum comes Nemeis Tibullianæ,  
Eas pallidulas & ipsa ad umbras,  
Et eres Stygiis imago ripis.  
Namque illuc etiam suos amores  
Exercere pīe feruntur umbræ;  
Et illuc Nemesis suam Tibullus,  
Et illuc quoque Lesbiam Catullus  
Fertur pallidulo ore suaviari.  
Sic illuc, mea Pancharilla, tete  
Pallens pallidulam suaviabor,  
Illi ut primi etiam duces amoris,  
Palmā jam veteri superbientes,  
Et sc̄ à me fateantur & stupescant  
~~Victos multivola osculatione.~~



## B A S I U M II.

*In Acum, à quā petit, ut pectus Amica  
potius quam digitos imposterum  
cuspide pungat.*

**D**IC, Acus, mihi, quid meæ puellæ  
Illa candidula, illa delicata  
Albis candidior manus ligustris;  
Quid læves digiti tenellulique  
Tantum commeruisse vel patrâsse  
Possunt, ut toties & hos & illam  
Configas stimulo ferociente?

Ah! ne molliculas manus, incepta,  
Ne læves digitos & immerentes,  
At pectus stimulo acriore punge,  
Pectus durius omnibus lapillis,  
Durius scopulisque rupibusque.  
Hic stylum altius altiusque fige;  
Hic acuminis experire vires.  
Quod si mollieris meam puellam,  
Dii! quantam hinc referes superba laudem!  
Hâc te cuspide vulnerâsse pectus,  
Quod nullis potuit Cupido telis.

## B A S I U M III.

*Ad Catellum Panchârdis suæ, cui fortunam  
invidet.*

**Q**UIS, barbatule, quis tuam, Catelle,  
Non tibi invideat beatitatem?

Quem mulcere manu solet nitcati,  
 Et solet tenero sinu fovere,  
 Illa lux animi Diana nostri;  
 Cui tot blanditias, tot usque & usque  
 Lufus ingeniosa factitare:  
 Quem sic deperit impotente cura,  
 Ut sine illa domini quieta degat,  
 Seu foris paret ambulationem,  
 Unum te socium domini forsique,  
 Unum te comitem viae requirat:  
 Et quum se se epulis paravit illa,  
 Tu conviva Deo advocaris usque:  
 Tum dapes tibi delicatores  
 Hinc & inde legit, tibique lectas  
 Blanda porrigit, & ministrat uni.  
 Mox ubi est epulis fames adempta,  
 Novis deliciis beare certat.  
 Nunc te laqueolae inserit papillae,  
 Nunc humentibus admovet labellis;  
 Et tot prodiga basiationes  
 Uni nectareo propinat ore,  
 Quot nec Lesbiolam suam poposcit  
 Vates mukivolus, Catullus ille,  
 Catullus pater osculationum.

Quid beatius, o tener Catelle,  
 Quid his amplius expertisse possis,  
 Avarus licet improbusque voti?  
 At beatius ampliusque quiddam  
 Dat Diana tibi, dat illa quiddam,  
 Quod sperare licet Diis nec ipfis.  
 Adsciscit socium thori Diana,  
 Et te virginco locat cubili,  
 Felix o nimis, & nimis Catelle!

Amate usque adē: meæ pueræ!  
 Quis, barbatule, quis, Catelle, tantas  
 Non tibi invideat beatitatem?  
 Quicis sperare nefas beatiores!

---

## B A S I U M IV.

*Execratur dentes, quibus inter osculandum  
 papillas Dominae laferat.*

O Dens improbe, dire, ter sceleste,  
 Dens facerrime, dens inauspicate,  
 Tūn' tantum scelus ausus, ut papillas,  
 Illas Pancharidis meæ papillas,  
 Quas Venus veneratur & Cupido,  
 Feris morsibus ipse vulnerares?

Nec tecum reputas, miselle, quanti  
 In te numinis excitāris iras?  
 Qui dum Pancharidem meam laceffis,  
 Omnes & Veneres, Jocos, Amores,  
 Et quantum est Charitum, simul laceffis.

At tu hōc pro scelere impiōque facto  
 Ne mi irascere, blanda Pancharilla:  
 Namque testor ego tuos ocellos,  
 Amo quos ego plus meis ocellis;  
 Et testor Veneris, tuūmque numen;  
 Quo majus mihi sanctissime nullum;  
 Non has lacerere mens fuit papillas,  
 Non has mens mihi, Diva, vulnerare.

Verūm ut se exeruit mihi superbus  
 Tuarum ille decor papillularum,  
 Et has impulit ardor osculari.

Ipse ardentius astuans furēnsque,  
Compressi has nimiūm atque vellicavi.

Hoc meum scelus impiāmque factum est,  
Pro quo mille adeò subire poetas,  
Pro quo mille velim subire cedes.  
Si tantum scelus impiāmque factum  
Ulla unquam queat expiare poena,  
Ulla unquam queat expiare cedes.

- At ne hōc pro scelere impiōque facto,  
Ne mi irascere, blanda Pancharilla;  
Ne mi irascere, cui superba forma  
Peccandi imposuit necessitatem.

---

## B A S I U M V.

*Pramonet Animam suum, ut caute cum  
Pancharide agat.*

**Q**UO ani sic animus repente fugit?  
Fugit, quod reos, ad meam puellam;  
Ad illa aurea vincla convolavit.  
Ah qud in exitium ruis, misello?  
Hi quos aureolos patas capillos,  
Quae tibi aureole comeat aut capilli:  
Non sunt aureole comeat aut capilli:  
Sed sunt vincula, compedes, catense;  
Sed sunt retia nexilesque casses,  
Quibus si semel occupatus haeres,  
Peribis, moneo, ah miser peribis,  
Nec ad me poteris miser redire.

Usque ab unguiculis meam pereris.  
Totam denique Pancharin retractes;

Illius licet ebrius lepore  
 Incubes oculis, labris, papillis;  
 Verum cautela invola capillis.  
 Nam prædico iteraque tertianaque;  
 His si retibus occuparis unquam,  
 Peribis miser, ali miser peribis,  
 Nec ad me potius miser redire.

---

## B A S F U M . V T.

Ad Matthiam Brereton, Proprietorem  
 Parisiensem.

*In amore jam incepto se perseverare  
 scribit.*

QUID tu neq; indumentum, Breret, compescere  
 amorem,  
 Ardorémque animi dissimilare jubes?  
 Hei milie! difficile est animum tractare furestem;  
 Difficile urentes occultare facies.  
 Ecquid ego intuar lentes fermea pueræ  
 Lumina, flammulis irrequia notis?  
 Intuar nivco turgentis orbe papillas,  
 Aureolásque eosnas, marmoreosque finus?  
 Nec liceat littre finus, finetéisque papillas,  
 Nec liceat cupido figere dente genas?  
 Non oculis ausim, non oscula ferre capillis,  
 Oscula vel regnis antiferenda mihi?  
 Ah! pereat, qui sic moderari pectoris aestus;  
 Ah! pereat, qui sic lentes amare potest.

Excubet indè licet duræ custodia matris,  
 Excubet indè viri suspicioſa fides;  
 Garriat hinc vulgus, tacitóque immurmuret ore,  
 Et toto fiam fabula nota fiam;  
 Nec duras matrum excubias, vel torva mariti  
 Lumina, nec vulgi mutmura vana morer.  
 Sint fora, templa, viae, portae, populoſa theatrā,  
 Et fint ardoris confia rura mei.  
 Sic vixere patres, rexit quos aurea virgo,  
 Et quos falciferi sceptra beata ſemis.  
 Errabant mixti nudis per rura paellis,  
 Et ſuus haerebat cuique perennis annus.  
 Longos alloquii ſoliti producere ſoles,  
 Mille & blanditias, mille ciere joces;  
 Gaudia ducebant nullo intercepta patore,  
 Gaudia quæ Cyprio tota liquore madent.  
 Diffimulent ſimilantque alii, & protempore ſingant;  
 Hæc me libertas, vitaque avita juvet.  
 Nam quid nos caſto velum obtexamus amori?  
 Prò Venus! an ſcelus eſt numen amare tuum?  
 Nec Di ergo ſceleris, ſcelerijs nec Jupiter expers;  
 Denique pars coſli crimine nulla vacat.  
 Quis Phœbi Chiosam, quis Bacchi Gnoſida neſcit?  
 Quis falſi raptus per freta longa bovis?  
 Cui vel olorini ſen ſogniea fuita Tonantis,  
 Aut duxta Herculei mellia pena manu?  
 Vivamus, mea lux, Divūque exempla ſequamur;  
 Ire juvet, quo nes reſtus amoris agit.  
 Si ſcelus hoc, peccem Divis auferibus adtra,  
 Nec me poeniteat criminis efficiens.

## B A S I U M VII.

*Invitam osculabitur.*

**A**Mabo, mea lux, mei lepores,  
 Meum melliculum, mei furores,  
 Hos meique animi, meique cordis  
 Sinc exosculer illices ocellos;  
 Sine exosculer aureos, & illos,  
 Quos Apollinis aureisque Bacchi  
 Ausim crinibus anteferre, crines.  
 Quid tu ingrata nimis, nimisque dura,  
 Id tu præmioli tuo poëtae,  
 Id solatioli negas amanti?  
 An mi delicias facis, jocosa?  
 Quodque plus cupis, hoc negas reganti.  
 Invita ut videare mi dedisse?  
 Invitam licet ergo te prehendam,  
 Et collo injiciam manus, & era  
 Conferam oribus, & labella labris;  
 Et neges licet usque pernegerisque,  
 Luciferisque mihi, & mihi minoris,  
 Usque ad basia mille basiabo:  
 Tum me morsibus hinc & inde figas,  
 Et os unguibus hinc & inde vellas,  
 Nec morsus metuam unguiumve fulcos.  
 Quin quantò altius unguibus notaris,  
 Quantò fixeris acriore morsu,  
 Tantò basia pressiora figam,  
 Tantò & ipse premam arctiore nexus.  
 O mellitula proelia! ô suaves  
 Dentium mihi mortificationes!

Vis

Vis, ò Panchari, me beare? semper  
 Mihi basia pernega roganti,  
 Semper ut rapiam, fruárque raptis.

---

## BASIUM VIII.

*Amica salutem precatur.*

**S**Alve mélque meum atque amaritudo;  
 Otiúmque meum, negotiúmque;  
 Meus Phosphorus, Hesperúsque, salve.  
 Salve, luxque mea, & meæ tenebræ;  
 Salve, etörque meus meúsque portus.  
 Salve, spésque mea & mei pavores.  
 Salve, nilque meum, meúmque totum.  
 Sed quid pluribus? O ter ampliúsque,  
 Salve, tota Acharísque Pancharísque.

---

## BASIUM IX.

*Vult, ut Domina assiduè ipsum exosculetur.*

**D**A mi ocellule, da tenelle mi flos,  
 Da columba mea atque turturilla;  
 Tot incendia cordis æstuantis  
 Compescam tepido imbre basiorum.  
 Da, rore humiduli tui labelli  
 Rigem pectoris igneum furorem.  
 Eheu quid volui? heu puella, paree,  
 Et hæc flammea submove labella,  
 Quæis auges animæ furentis æstus,

Et torres magis, & magis peruris,  
Ut planè misero nihil superfit,  
Quam mox in tenues eam favillas.

Ah quid flammea submoves labella,  
Osque ab ore meo repente vellis?  
Profer flammea, profer haec labella,  
Et torre assidue igne basiorum.  
Istis me juvat ignibus perire:  
Octao veluti rogo probatus  
Hinc coelum novus Hercules revisam.

## B A S I U M X.

*Miratur suavitatem & amaritudinem  
Pancharillæ.*

CUM sis mellea tota, tota suavis,  
Ut mellita magis nec ipsa mella,  
Nec sit suavior ipsa suavitudo;  
Qui tot spicula delibuta felle  
Evibras oculis, tuisque labris  
Tantam amaritiem mihi propinas?

Rursus tu quoque Pancharilla, tota  
Cum sis fellea, sis amara tota,  
Magè ut fellea sint nec ipsa fella,  
Non amarior ipsa amaritudo;  
Qui tam dulcia mella basiorum,  
Tam dulcem ambrofiam mihi labella  
Propinant tua? qui tuis ocellis  
In me spicula tam benigna vibras?  
An vis ista tui est, Puella, ocelli?  
An vis ista tui est, Puella, labri?

Ut me felicē beent suaviore,  
 Ut me melle necent amariore.  
 O amarities nimis suavis!  
 O amara nimis suavitudo!

---

## BASIUM XI.

*Exoptas se florem illum esse, quo interetur.  
 Amica.*

Ergo, floscule, tu meæ pueræ  
 Hoc florente sinu usque conquiesces?  
 Ergo tu Dominae meæ papillis  
 Beatus nimis insidebis usque?  
 O si, floscule, mihi tuâ liceret  
 Istâ forte frui, & meæ pueræ  
 Incubare sinu, atque desidere  
 Hos inter globulos papillularum,  
 Non sic lentus inersque conquiescam.  
 Non sic insideam otiosus usque.  
 Sed toto spatio inquietus erem,  
 Et feram sinui, feramque collo  
 Mille basia, mille & huic & illi  
 Impingam globulo osculationes.

Nec mihi satîs hæc putas futura:  
 Namque & discere curiosus optem,  
 Quid discriminis inter hunc & illum,  
 Et quantus tumor hujus illiusque;  
 Quantum albedine præstet hic vel ille;  
 Quantum duritie hic vel ille vincat;  
 Sinisterne globus, globusque dexter  
 Figurâ placeat rotundiore;

C 2

An dexter globus, an globus sinistre  
 Papillâ rubeat rubentiore:  
 Explorem quoque, quò beata ducat  
 Illa semita, quæ globos gemellos  
 Sic discriminat, & subesse clamat  
 Mellitum magis elegânsque quiddam:  
 Indagem quoque, quicquid est latentis,  
 Et labar tacitus, ferârque sensim,  
 Usque Cypridis ad beata regna.

At mi Pancharidis meæ papillas  
 Nec summo licet ore suaviari,  
 Nec levi licet attigisse palmâ.  
 O sortem nimis asperam atque iniquam!  
 Tantillum illa negat mihi petenti,  
 Tantillum illa negat mihi scienti;  
 Quæ tantum huic tribuit nec id petenti,  
 Quæ tantum huic tribuit nec id scienti.

---

## B A S I U M XII.

*Beatum se prædicat, si Domina sua illius  
 memor sit.*

**I** Cor oxyùs ad meam puellam.  
 Dic, ut me coquit ardor insuetus:  
 Dic, ut mille premunt amaritates:  
 Dic, ut imbre mihi perenniore  
 Madent lumina: dic, ut ipsè vitam  
 Hic traho anxius inquiésque curis.  
 Sed inter tamen has amaritates,  
 Has inter lacrymas & inter ignes,  
 Si tantùm meminit puella nostri,  
 Dic me vivere vel nimis beatum.

## BASIUM XIII.

*Паэзъолъ instituit inter cometam &  
Pancharidem.*

**Q**ualiter exoriens ferali crine cometes  
In sece populorum acies convertit & ora  
Undique, & insolito percussas lumine mentes  
Territat; horrescunt diree formidine cladis  
Mortales, certique pavent incendia belli:  
Sic se ubi Pancharidis puro jubar ore coruscans  
Exerit, & coeli major micat ignibus ignis;  
Harent obtutu populorum lumina, & alto  
Corda pavent suspensa metu bellique necisque,  
Flammarumque animis trepidantibus incubat horror.

---

## BASIUM XIV.

*Spernit Dominam propter fastum animi.*

**S**IC me Nezra contumacior spernis?  
Sic despicaris & fero fugis corde?  
Fugis superba, & vota supplicis rides?  
Ridebo & ipse tete, & invicem durus  
Te despicabor, perfida, & tuos fastus  
Fastu retundam: jámque tu mihi longum  
Vale, Nezra indigna cantibus nostris,  
Indigna Mufis. Marfyas tibi semper  
Tuos habeto, téque Marfyæ semper,  
Gens inficeta, plena ruris, insulsa,  
Aversa Mufis. Rursus δ mihi rursus

Vale, Neæra, dedecus puellarum,  
 Urbisque probrum. Nam quid ipsa me spernis,  
 Quid despicaris? quem Turilla formosa,  
 Turilla blanda, flos Turilla Nympharum  
 Complexa sponte vindicatque jamdudum,  
 Sibique poscit: quæque jam meo cantu  
 Superba tollit arduum caput coelo;  
 Et se Corinnis sequi Lesbiis confert.

At tu, Neæra, quæ tuam vicem quondam  
 Tacita dolebis, & tuum argues fastum!  
 Quæ me requires & vocabis incassum!

## B A S I U M. XV.

*Conqueritur fugam Pancharidis.*

**Q**UÒ sic, Diva, fugis? quid sic deserta per terras  
 Avia, nec nostri nec memor ipsa tui?  
 Non metuis, Fauni ne, dum incomitata vagaris,  
 Injiciant rapidas in tua colla manus?  
 Hos tu, Diva, tuis longè complexibus arce,  
 Nec patere ingenuis oscula ferre genis.  
 Nec verò sic te oblitam nostrique tuique  
 Crediderim, licet est suspiciosus amor:  
 Ut quibus effuetos artus depasta senecta est,  
 Quævis vires penitus deriguere gelu;  
 Et denso vestita quibus præcordia villo,  
 Et suffusa genis hispida barba riget;  
 Anteferas, mea vita, mihi, cui corpore sanguis  
 Integer, & pingit prima juventa genas.  
 Quanquam adversa mihi & nimium contraria rotis,  
 Non adeò adversam te tamen esse putem.

At vos vel manibus, Fauni, violare puellam

Parcite, delicias nec temeratae meas;

Furtivâ nec falce meas invadite messes:

Totus ut hujus ego, tota puella mea est.

Sed quid te deserta juvat per lustra vagari,

Totne per anfractus me, mea vita, fugis?

I, fuge per nemora & saltus, per inhospita tefqua:

Per nemora & saltus, per quoque tefqua sequar.

Invia nulla mihi fuerit via, sive natatu-

Flumina, seu cursu vis superare juga:

Nec me vel densus lapidosæ grandinis imber

Arceat, aut rapidi vis furiosa Noti.

Nec me flagranti revocârit Sirius astro,

Nec nivis æternæ terra adoperta gelu.

Nil me terruerit; quin quod natura pavoreque

Ingenitus refugit, sponte capesset amor.

Fallor ego? haud nostros sic aversaris amores:

At tentare lubet, quam mihi certa fides.

Non igitur pulsata mihi tot planetibus astra,

Non mihi tot sylvis carmina dicta tuis,

Tot suscepta mihi discrimina cæca viarum,

Tot superati æstus, tot superatæ hyemes:

Tot mihi decursæ per opaca silentia noctes,

In te sunt animi pignora certa mei.

His licuit tentâsse fatis. Jam parce labori

Ingrato; ingratæ, lux mea, parce fugæ.

Sed fugit ah, ventisque preces ludibria mandat;

O nimium fortis aspera fata meæ!

Sic ego sum duræ natus servire puelæ?

Sic erit, immitis semper ut angat amor?



## B A S I U M XVI.

*Exaggerat felicitatem & infelicitatem in osculando.*

**D**Onec pressiùs incubo labellis,  
Et diduco avidus tuæ, puella,  
Flosculos animæ suave olentes,  
Unus tum videor mihi Deorum,  
Seu quid altius est beatiúfve.

Mox ut te eripis, ecce ego repente,  
Unus qui superum mihi videbar,  
Seu quid altius est beatiúfve,  
Orci mi videor relatus umbris,  
Seu quid inferiúfve tristiúfve.

## B A S I U M XVII.

*Expedit modum in osculando.*

**T**UNE Pancharidis mex labellis,  
Infelix Anime, ausus incubare?  
Ausus sugere mella basiorum?  
Ausus nectarē delicatiore  
Tete proluere? heu miselle, parce:  
Nam dum sugere mella, dūmque nectar  
Credis eibere, ebibis venena,  
Et incendia fugis & furores.  
Non sentis etenim, ut tuos per artus  
Erret flamma furens, laténsque virus  
Serpat in jecur intimásque venas:

Dum tu incautior hinc & indè fugis,  
 Et hauris dominæ meæ labella.  
 Maligna ah dominæ nimis labella,  
 Quæ me tam miseris modis habetia.  
 Ne sœvite adeò, labella bella;  
 Sœvistis satís atque torruistis;  
 Nunc restinguite flammeos calores:  
 Nunc disperdite fluctuans venenum:  
 Paulùm basia vestra temperate:  
 Volo basia, non venena & ignes.

---

## BASIUM XVIII.

*Execratur Pancharidis pulchritudinem, quâ  
 captus erat.*

**S**Alvete, aureolæ meæ puellæ  
 Crines aureolique crispulique;  
 Salvete & mihi vos puellæ ocelli,  
 Ocelli improbuli protervulique;  
 Salvete & Veneris pares papillis  
 Papillæ teretesque turgidaeque;  
 Salvete æmula purpuræ labella;  
 Tota denique Pancharilla salve.

Quin vos aureoli perite crines,  
 Et vos improbuli perite ocelli,  
 Vos & turgidulæ perite mammae,  
 Perite æmula purpuræ labella;  
 Tota denique tota tu perito.  
 Quâ visâ perii repente totus.



## B A S I U M XIX.

*Dicit lachrymas Pancbarillæ non esse lachrymas, sed flamas & incendia amoris.*

**A**T mi dicite, lachrymæ tenellæ,  
Vos, quæ candidulæ meæ puellæ  
Os argenteolo rigatis imbre,  
Qui fas nascier his puellæ ocellis,  
Qui toti igneoli undequaque spargant  
Tot incendia missilésque flamas?

Verùm fallor ego, & tuæ, Puella,  
Quæ mihi lachrymæ & putantur imbres,  
Non sunt hæ lachrymæ aut aquofus imber;  
Sunt incendia flammeæque guttae,  
Quæ me sic adeò intimè perurunt,  
Consumpta ut rapidi caloris æstu  
Jam mi pectora tota colliquecant.

Quid jam non igitur miselli amantes  
Sperent aut metuant? quibus creare  
Undam flamma potest & unda flammam?

## B A S I U M XX.

*Scribit se nunquam post bac aditum  
Pancbarillam.*

**Q**UID, & Cupidinis duces  
Ocelluli lascivuli,  
Me prodidistis inscium,  
Ausi tueri fixiùs

Vultus pueræ lubricos?  
 Quorum nitore, ceu novi  
 Perculsum istu syderis,  
 Humum repente corrui.

Quid, o pedes audaculi,  
 Me sic iustis perditum,  
 Dum me vagantem fistitis  
 Ad illa divæ limina,  
 Ubi furore faucii  
 Hanc penè vitam liquimus?

Quid, o manus protervulæ,  
 Sic irruistis in sinum,  
 Et lacteas papillulas,  
 Ut hinc amoris diffluens  
 Serpensque sensim in intimos  
 Artus venenum cor mihi  
 Peccisque totum absumeret?

At ipse vestram comprimam  
 Ferocientem insaniam,  
 Et turgidos licentia  
 Istos domabo spiritus.  
 Nam vos, pedes audaculi,  
 Premam deinceps compede;  
 Et vos, manus protervulæ,  
 Arctabo duris vinculis;  
 Et vos, ocelli, fasciæ  
 Lascivientes obtegam:  
 Ut nec tueri ocelluli  
 Vultus pueræ lubricos;  
 Nec involare vos manus  
 In lacteas papillulas;  
 Nec illa posthac vos pedes  
 Positis unquam sistere  
 Ad Pancharillæ limina.

## B A S I U M XXI.

*Petit à Cupidine, ut finem basiis imponat.*

**A**N non, sœve puer, satís supérque ei  
Tot me pectore parturire flamas?  
Tot ignes premere intimis medullis,  
Ni suspiria ventiléntque flamas,  
Accendántque animi æstuantis ignes?

Jam suspiria, jam modum furor  
Tandem ponite: sat meos per artus  
Furit flamma, furit malignus ignis.  
At vos, ò lachrymæ profusiores,  
Adeste, & miserum levate amantem;  
Adeste, atque animi æstuantis ignes  
Contrà immarginè largiore rivo.  
Heu! qui me lachrymæ levare possint,  
Quîve extingueret tot caloris æstus,  
Quas incendia, quas mei voraces  
Flammæ pectoris eibere totas?

## B A S I U M XXII.

*Conqueritur cor suum à Pancbaride esse  
furto ablatum.*

**E**Rrabam in sylvis; erranti retia mille,  
Mille puella plagas infidiosa parat.  
Occupat incautum, córque in sua retia tandem  
Trudit, & æternâ compede dura premit.

Hei

Hei mihi! sic casus, sic vincula noctis amanti?

Hei mihi! sic misero cor violenta rapis?

Non queror esse tuum; sed eram quod sponte daturus,

Cor mihi te furto furripuisse queror.

### B A S I U M XXIII.

*Queritur de Pancharide, quod illa sit savior  
maligniorque tonitru & fulmine.*

**V**Eni ad Pancharidem meridiatum,  
Quum mox insolito fragore coelum  
Concussum tonat, igniumque late  
Trisulcis jaculis coruscat æther.  
Illa foemineo pavore languens  
Ruit protinus in sinus amantis:  
Et serva miseram, inquit illa, serva.

Ego sollicitam & nimis paventem  
Susbentans gremio, quid, ò puella,  
Quid me poscis opem? jubelsque, tete  
Ut servem, nimium meticuloſa,  
Quæ sic fulgura vana pertimescis,  
Tonitrusque payes inane murmur?  
Quin me me miserum, puella, serva,  
In quem letiferis tuis ocellis  
Multò fulgura tu maligniora,  
Multò fulmina savoria vibras.



### D

## B A S I U M XXIV.

*Comparationem facit inter se mesipsum, &  
rosam rubentem & pallentem.*

**E**N flores tibi mittit dilectores,  
Pallentemque rosam & rosam rubentem.  
Hinc quoniam spicies, misella amantis:  
Puta pallidulos videre vultus:  
Quum tueberis hanc rubore tintam,  
Putes igne rubens eorū intueri.

---

## B A S I U M XXV.

*Vult, ut Pancharis eadēna erula pereat, quo  
ille periret.*

**A**MABO, hunc mīli cōmodes ocellum;  
Hunc totū improbum, puella, ocellum,  
Qui tot tela vibrat, vibratque flaminas:  
Quid acturus es, puella, queris?  
Ut hinc tela petam, petānque flaminas;  
Quibus quot periū misellus olim,  
Tot & tu pereas misella tefis;  
Tot & tu pereas misella flaminis.



## BASIUM XXVI.

Ad D. Franciscum Myronem, Senatorem  
Parisiensem.

*Qualem velit amicam.*

SIT in deliciis puella, Myro,  
Quæ claris radiat superba gentanis,  
Quæ monilibus atque margaritis  
Tota conspicua atque orisita tota est:  
Sit in deliciis amocibasque,  
Quæ creta sibi, quæque purpurisso,  
Et beneficiis colorat ora.

Placet, Myro, mihi puella simplex,  
Cui nativa genas rubedo pingit,  
Nativusque pudor: placet puella  
Ore virginato & docente cuka,  
Artis nescia, negligensque fuci:  
Placet denique, quæ nihil monilis,  
Nil gemmæ indiga, nisque margaritæ,  
Pollet ipsa satiæ scopte formâ.



## B A S I U M . XXVII.

Ad eundem.

*Conqueritur perfidiam & inconstantiam  
Pancharidis, & subjungit se illam  
tamen amaturum, quanquam alii  
viro, militi puto, nasperit.*

**A** Spice, quam dubia Myro, me verset arena;  
Aspice, quos ludos ludere sucyit Amor.  
Illa, suis quae plus oculis me nuper amabat,  
Alterius nunc est facta puella viri.  
Ah genus instabile, & malefidum foemina nomen,  
Quam sibi constantem non videt una dies!  
Hæc erat illa fides, qua tu jurare solebas.  
Te propriamque mihi perpetuamque fore?  
Sed non fallacis querimur perjuria lingue;  
Non querimur lebos sepius ore deos.  
Quæ sit facta diis, sit dis injuria curse:  
Quos video ultores post caput esse tuum.  
Te queror indigni te militis esse maritam,  
Te queror ingenuam barbara vincla pari.  
Ah mihi tu poteras victrix præfigere leges:  
Jura mihi poteras imperiosa dare.  
Nec leges mihi turpe tuas, & jura subire:  
Parere imperiis nec mihi turpe tuis.  
Rusticus est nimium, verique ignarus amoris,  
Quem pulchræ dominæ jussa subire pudet.  
Nunc te etiam, licet ipsa aliò traduxeris ignes,  
Et licet odisti, semper amabo tamen.

Nunc etiam legesque tuas, tua iussa capessant:

Nunc etiam natus imperiumque sequar.

Tu si forte mihi priscum impetrare favorem,

Si miserum rursus perfida amare negas;

Finxeris at certe, certe simulacris amare:

Sat mihi fiktus erit, sat simulacrus ambo.

## BASIUM. XXVIII.

*Execratur Musæ, utpote Pancharidis  
amores non augentes.*

I Te, quando nihil juvare amantem,

Quando conciliare nec potestis

Adversam nimiam mihi putellan:

Ite in exitium malisque flamas,

Musæ pernicies meæ juventæ:

Nam quid illa meo superba cantu.

Famam in postera secla proregabit,

Quæ meas toties precatio[n]es

Sprevit, aspera contumaxque flecti?

Quin vos, quin potius subite flamas;

Quin vos, quin potius valete in ignea,

Camœnæ mihi non bene auspicatæ.

Verum pignus ego meique amoris,

Et meæ fidei obfides camœnæ

Scelestus jubeam valere in ignes?

Ego nomina clara Pancharillæ,

Quibus vel Venus invidere possit,

Diris devoveam ustulanda flammis?

Quin vos vivite, clara Pancharillæ

Meæ nomina; vivite, ò camœnæ;

Nec incendia nec timente flammas:  
Unum me fatis restuar flammis,  
Unum sit fatis ignibus perire.

---

## B A S I U M . XXIX.

*Comparat malum suum Venereum cum male  
Promethei, Tityi, Sifypbi, &c.*

**N**E C costum assiduo madescit imbre,  
Nec mare assiduis tumet procellis:  
At mihi assiduo imbre lachrymarum  
Ora tota madent; mihi quis petitus  
Curarum assiduis tumet procellis.  
Non terras petit usque &c usque fulmen:  
At me fulminibus nocentiora  
Usque tela petunt, & usque flammaz.  
Non semper miserum vorat Prometheus,  
Nec semper Tityum malignus ales:  
At malignior usque mi Cupido  
Et fibras vorat, & vorat medullas.  
Non Ixiona Sifyphimve pondus  
Urget perpetuum: at mihi perenne  
Pondus incubat; at me & usque & usque  
Dolorum rapit orbis inquietus.  
O me ter miserum, & nimis sinistro  
Natum sydere, Disque inauspicatist.



## BASIUM XXX.

*Conqueritur se justam moriendi causam non  
babere.*

**N**ON ego, Diva, queror blandie modulacionis  
vocis.

Quod me excentris, supererisque mihi.

Non ego, Diva, queror, dulci quod noctare tincta  
E labris animam natu tua labra trahunt.

Non quod mihi pecto furata es lumine pieius.

Ast unum infelix hoc ego, Diva, quiesco;  
Dum sic occurabo, tam dulci occursoles lassus.

Ut leti non sit iusta, quiesca mei.

## BASIUM XXXI.

*Petit basium à Pancharide, & optat, ne  
inter basiendum expireat.*

**P**anchari, virginos inter flos unica florus,  
Panchari, pars anime dimidiata nora;  
Cujus labra rosas spirant, violasque capilli,  
Spirant cinnameum candida colla nemus;  
Da mihi, da pressim lactantibus humida linguis  
Bafia, per longas continuata moras:  
Qualia dat casto turtur sociata marito,  
Qualia amatori blanda columba suo,  
Nec numera, ut cupido numerabat Lesbia vati;  
Illa dare ex animo, non numerare juvet.

At tu, dum cupido miscebis basia amanti,  
 Junge oculos oculis, & labia junge labris.  
 Nec penitus clausa ora tene, nec aperta licenter:  
 Ut nec clausa juvant, sic nec hiulca decent.  
 Sat sicut ad pulsum linguis fiscisse duabus,  
 Innocuoque brevem dente dedisse viam.  
 Occurrat veniens venienti linguis linguis,  
 Alteraque alterius mobilis ore natet.  
 Nec tota committit tamen mihi proelia linguis:  
 At summa tantum cuspide bella gerit.  
 Dumque tuam exfugam, tu nostram exfage viciissim:  
 Dum te dente petam, me quoque dente pete.  
 Sint voces querentes, sint blasfila verba loquentum:  
 Nec definit tremulo motuatura blanda sono.  
 Postremo in nostris animam depone labellis:  
 Hic morere, aut certe finge petulca mori.  
 Sic est; & cupidum tandem exorata beasti,  
 Estque anima in labris nostra relicta tuis.  
 Omnibus è membris illuc stimulata cucurrit,  
 Funquam perpetuas hic habitura moras:  
 Sic eat, & sedeat toties, expletus labellis,  
 Dum se animae penitus misceat illa tua.  
 Nec tu animam ex anima posse divellere nostri,  
 Ut noster manquam diffoliatur amor.



## BASIUM XXXII.

*Rogat Venerem, ut, si forte in prælio  
basiorum expiret, animæ illius hæres  
esse non dedignetur.*

DUM certamina mox futura, verso,  
Tot mentem illeccibus meas titillant  
Sola ut ebria cogitatione  
Jam tum deficiat. Quid ergo sospes  
Haec certamina perferam crucata,  
Quem certaminis ipsa vel futuri  
Cogitatio vulnerare possit?  
O Venus bona, quæ bonos amantes  
Una numine prospero tueris!  
Hoc si me miserum impotuisse.  
Contingit cadere immorique bello,  
Accipe hanc animam, & beatioris  
Duc in florida me vireta Cypri.

PERVIGILUMVENERIS.

O Nox suavicula! ò bona tenebra!  
Tenebrae mihi luce clariores,  
Quæ meam Venerem & suavitatem,  
Cor vitamque meam mihi attulisti.  
Nunc te possideo, alma Papachilla,  
Turturilla mea & columbulilla;  
Nunc blandæ Veneri licet lisana.

Longa præmia nunc mox referte,  
 Amplexuque mihi frui cupito.  
 Ferox, improba, dura quid moraris  
 Sic me languidulum? quid illa linguit?  
 Mella fugere, quid stilavis auram  
 Oris colligere, & tenaciora  
 Vetas conferre invicem labella?  
 Quod voto tacito unicè requiris,  
 Cur id dura mihi negas roganti?  
 At prior cupias licet, pudica  
 Et frontis tetricæ cupis videri,  
 Spernens (credere si ficebit unquam)  
 Molles nequicias libidineque.

At te per faculas tuas micantes,  
 Et haec æmula purpure labella  
 Oro; pérque genas & hunc capillum,  
 Qui formosâ vagus flagellat era,  
 Oro, pérque sinus & has papillas  
 Primulùm tibi jam foreriantes,  
 Has gemmas geminas pari decore  
 Surgentes, geminis pares pyropis;  
 Ne cupidine jamdiu æstuantem  
 Eneca. Ah! petri saiserit quid? Imo  
 Jamdudum petri, nisi benigna  
 Faves ocyüs, ocyisque cordis  
 Tot incendia, Pancharilla, sedas.  
 Me Venus boha, me Cupido serva;  
 Mi mens insolitum furit furorem,  
 Neque hunc ferre potest furoris settum.

Hæc suspiria & has preces trahebant  
 Imo à peccato jam neci propinquus,  
 Quam victræ subito ira detumescit,  
 Et mox virgineo pudore levès.

Interfusa genas, & ora casto  
 Spargens molliter imbre lachrymarum,  
 Tota, inquit, tua Pancharilla tota est,  
 Mutuo tibi emancipata nexu.  
 Cum dicto simul osculum propinat,  
 Ulro se admoveat, & pudenter audax  
 Sesce in brachia nexus dedit.

Ego compositam aureo cubili  
 Totum verto in eam furoris ignem,  
 Quæ mi incendia tanta suscitavit;  
 Toto corpore pronus in suaves  
 Amplexus ruo; cruribusque crura,  
 Pes pedi, femori femur recumbit;  
 Hærent oribus ora, labra labris;  
 Firmo pectora glutino colligent.  
 Jámque Cypridis aureæ virgæ.  
 Jam Cupidinis hortulos pererro,  
 Vere perpetuo hortulos virentes.  
 Hinc rosas teneras legens, & inde  
 Narcissum, violas, amaracumque,  
 Mellitis nimis atque delicatis  
 Usque ad invidiam osculis fruiscor.  
 Stricto corpora colligata nexu  
 Confundunt animas: duellunt strinque  
 Complacent tremulæ per ora lingue.

O quot lectulus & lucerna pernoct  
 Molles delicias utrinque vidit!  
 Dum strictim appliciti arctiore vinclu  
 Hæremus calidi, Venuisque venis  
 Diffusa interioribus tepente  
 Artus languidulos liquere rorat,  
 Alternantibus osculis utrinque,  
 Occursantibus hinc & inde linguis,

Conniventibus hinc & indē ocellis.

Tum dico: Superi, tenete coelum;  
 Vestram, Nerrina, possidete sortem;  
 Dum te te teneam, alma Pancharilla,  
 Dum te possideam, nec ipse coelum,  
 Nec vestram, Superi, invidebo sortem.  
 Et nunc roscida labra fuaviari,  
 Et nunc mollibus immori lacerti,  
 Nunc patrantibus iunatare ocellis,  
 Nunc & brachia tortili capillo  
 Impedire juvat, modò osculari  
 Anhelas tremulo sīnu papillas,  
 Papillis Veneris parcs papillas,  
 Altrices animæ mete papillas:  
 Nunc saltu volucrī infilre collo,  
 Nunc candente genas notare dente;  
 Nunc errare manu licentiore  
 Illa per femina, illa per polita,  
 Illa marmoreo superba luxu,  
 Quibus janitor excubat Cupido,  
 Et sacram Veneris tuctur arcem.  
 Mille ludimus osculis protervi,  
 Ut colludere turturique turtur,  
 Columbaeque suæ folet columbus:  
 Certāmque damus notas amoris,  
 Certāmque damus notas furoris,  
 Et transfundimus ore semihulco  
 Errantes animas & hinc & indē.  
 Hæc nos proelia militamus inter  
 Sudores varios anhelitusque,  
 Dum fessâ Venere, artubusque tritis,  
 Et jam deficientibus medullis,  
 Et jam deficiente corde anhelo,

Cogor

Cogor languidulos inire somnos:  
 Mox & succiduum recondo collum  
 In meæ tenero sanguine pueræ.  
 Illa, interpositâ mimis vel horâ,  
 Pungit fæpicule, atque dormienti  
 Aurem vellicat, & subinde tractat,  
 Et me verberat osculis subinde,  
 Et parcente petit labella morfū.  
 Tum me blanda iterum vocans ad arma,  
 Sic, ignave, jaces sopore victus,  
 Sic cessas, ait? Hic repente lento  
 Sopore excutior: juvatque gnatum  
 Ad Cupidinis arma profiliere;  
 Juvat cominus, eminus ferire;  
 Et cæsim juvat & ferire punctum.  
 Jamque vulnere dulce fævienti  
 Hostis transadigo intimas medullas,  
 Reddit multiplices vices uterque,  
 Et subsultibus hinc & inde crebris  
 Spissat officium: novas uterque  
 Serit delicias, ferit lepores  
 Uterque, improbulos jocos; uterque  
 Fingit blanditias proteriores,  
 Facit nequitias salaciiores,  
 Omnes Cypridis induit figuræ,  
 Donec corpora miscuo furore  
 In unum coëunt amica corpus.

Millies mihi milliesque salve  
 Nox felicibus invidenda Divis,  
 Quâ nec Juno mihi beatorem,  
 Nec possit Venus ipsa polliceri.

Salvete ò mihi candidæ tenebræ,  
 Tot inter Veneres, salaciásque,

Et tot blanditias faventiasque,  
Et tot illecebras lubentiasque,  
Et suspiria, murmura, & fusures,  
Et convitia, mutuosque questus,  
Lufus, oscula, tinnulos cachinaos,  
Rixas, proelia, mortificationes,  
Iras, vulnera, lingulationes,  
Vitas atque neces reciprocantes,  
Et tot nequitias mihi peractae.





# JOANNIS BONEFONII POEMATA.

Ad DIVIONEM, Urbem Burgundie  
primariam.

## I.

**D**icitur te, Divio, Dii perennè servent,  
Urbs amata mihi & cupita, quantum  
Nulla amata fuit, fuit cupita:  
Quam tot indè viri politiores,  
Robertus meus, & meus Juretus,  
Et Taborotius, Boneriusque,  
Indè tot Veneres venustiores  
Famâ nobilitant, beatique coelo;  
Una sed magis omnibus Turilla,  
Illa lux animi Turilla nostri.

Quando, Divio, tete ego revisam?  
Quando illos legere Atticos lepores,  
Robertique mei, & mei Jureti,  
Et Taborotii, Bonerique?  
Quando tot Venerum aureum licebit

## E. 2

Jubar suspicere, aureámque lucem?  
 Quando fas erit & meæ Turilæ  
 Illa purpurea ora contueri?

At tu Divio, tu meas perennè  
 Serves delicias & has & illas,  
 Amorésque meos & hos & illos.  
 Sic te, Divio, Dii perennè servent,  
 Urbs amata mihi & cupita, quantum  
 Nulla amata fuit, fuit cupita.

---

## II.

**Ad ACHILLEM HARLÆUM,**  
**Senatus Parisiensis Principem.**

**E**RGO Achillem humiles adite Musæ,  
 Non illum populis ducem tremendum,  
 Illum terribilem trucémque Achillem:  
 Sed hunc justitiæ pius parentem,  
 Inter qui strepitus forique turbas,  
 Inter pondera publicásque curas,  
 Audit Pieridum pios alumnos.

Et quanquam attigit hos gradus honoris,  
 Quicis nil celius expetisse justa  
 Potest ambitio, tamen benignus  
 Et Musas colit, & colit Poëtas.

Vos hunc vos humiles adite Musæ;  
 Et huic dicite, si suo favore  
 Licet Sequanicis præesse Barris,  
 Speratoque mihi otio fruisci,  
 Illi carmina me parare, vivet  
 Quicis Achillis honos perenne in ævum,

Ut nil Mæoniden vetusto Achilli  
Sit quod invideat recens Achilles.

---

## III.

## In Æ. N. E. A. M.

**Q**UI flecti indocilis, ad fata coëgit Elifam;  
Usque adeò ingrati certus abire fugâ;  
Non Venere ille satus, non blandi frater Amoris;  
At verè Æneas æneus ille fuit.

---

## IV.

Ad JACOBUM FAIUM,  
Advocatum Regium in Senatu Parisiensi.

*Super partu uxoris.*

**T**E, Faï, pater omnium leperum.  
Auctum gratulor elegante prole.  
Nam quid gratius accidat marito,  
Quam bella & lepida elegansque prela.  
Casti conjugii suave pignus?  
Verum non tibi trésve quatuerve  
Natas esse putas sati súperque?  
Satis multa, satis puella, Faï.  
Gigne, quem similem sui parentis  
Olim Gallica rostra fulminantem.  
Et patrum & stupeat eorona vulgi:  
Gigne, in quo eniteat tua illa virtus,  
Quâ tu Sauromatas tumultuantes

Lenisti, & populi furentis iras.  
 Nec unum esse satis putato Faium:  
 Sed Faui unius in locum quotannis  
 Da novos liceat videre Faios.  
 Hoc tu munere majus ampliusque  
 Nil dabis patre, tuisque Gallis.

---

## V.

Ad JAC. & FRANCISCUM  
GUELLIOS, fratres.

*In eorum discessum.*

S Alvete, & gemini ordinis togati,  
 Ocelli geminis meis ocellis,  
 Et carâ mihi luce cariores;  
 Salvete & iterûmque tertiumque,  
 Guellii, & memores mei valete:  
 Inter qui medias luis procellas,  
 Et morbi gravidos furentis æstus,  
 Unus in viduâ relicitus urbe,  
 Et illis finè more fævientis  
 Penè Apollinis obrutus sagittis,  
 Vivam nescio, vixerimve: verum  
 Seu vivam miser ipse, vixerimve,  
 Aeternum mihi, Guellii, beati  
 Salvete, & memores mei valete.



## VI.

Ad BERNARDUM PREVOTIUM  
Senatus Parisiensis Præsidem.

*Implorat illius auxilium.*

Praeses optime, te tuus Poëta,  
Cliens ille tuus Bonefus orat,  
Causæ subvenias periclitanti,  
Quæ nec sollicitum frui quiete,  
Nec illum patitur vacare Musis:  
Quodque angit nimio dolore amantem,  
Vetat virgine janadiu cupitâ;  
Speratisque mihi thoris potiri.

Ergo perspice, quot tuum poëtam  
Ornabis meritis? Dabis quiete,  
Et Musis dabis, & frui puellâ.

## VII.

Ad LAZARUM COCLÆUM,  
Senatorem Parisiensem.

*Exaggerat illius bonores.*

Expectate diu & diu cupite,  
Ades Sequanicis, Coclæ, Barris;  
Ades flos hominum eruditiorum,  
Ades flos hominum eloquentiorum.  
Ne sperne exiguum, Coclæ, Barrum:  
Non est exigua aut pusilla Barrus,

Cui Vignerius ille scriptor ingens,  
 Cui denique doctus ille Popo  
 Vitæ exordia luminisque debent;  
 Non est exigua aut pusilla Barrus,  
 Quæ, Cockæ, tuo superbit ortu,  
 Et te, flos hominum eruditiorum.  
 Et te, flos hominum eloquentiorum,  
 Alumnum ante alios beata jaestat;  
 Non est exigua aut pusilla Barrus,  
 Quæ terris peperit Deam potentem,  
 Illam Pancharidem, Deam stupendam.  
 Cui componere nulla se Dearum.  
 Ausit eximiæ decore formæ.  
 Quid tu jam patriam, Cockæ, Barrum.  
 Ausis despicere & putare parvi?  
 Possunt divitiis tuam, Cockæ,  
 Urbes innumeræ præire Barrum:  
 Barrum nulla tuam præire possit  
 Cultis ingenii & eruditis,  
 Majorisque Deæ potente formâ.

---

## VIII.

## Ad ÆGIDIUM DURANTEM.

*Comparat illum Catullo, illisque dominam  
Lesbia.*

**N**E quid, Carola, Lesbia invidet;  
 Habes, Carola, tu tuum Catullum,  
 Cujus tu numeris Catullamis  
 Æternum volites viram per ora;

Volat Lesbia ceu Catulliana.

Ne quid vos Latio invidete, Galli;  
 Habes, Gallia, tu tuum Catullum  
 Gallicis numeris Catullientem,  
 Quo vix nequior elegantióque  
 Pater nequitæ elegantiæque  
 Catullus siet ille Lesbianus.

Et tu molliculi æmulos Catulli,  
 Lingua disparè, sed pari lepore,  
 Æternis numeros premes tenebris?

Ne tantum decus invideto, Durans,  
 Carolæque tue, tuisque Gallis;  
 Uni denique ne tibi invideto;  
 Qui nulli potes invidere quidquam.

---

### IX.

## TUMULUS OTHONIS TURNEBI, Adriani F.

**E**T me fas etiam est Othonianos  
 Justis luctibus excitare manes;  
 Fas & solvere lachrymas amori,  
 Et tanto lachrymas profusiores,  
 Quantò vulnere nos acerbiore  
 Tam crudelia perculere fata:  
 Quæ dum, prò dolor! abstulere Othonem;  
 Cum nato pariter suum parentem  
 Abstulere iterum, duplèxque nobis  
 Uno vulnere vulnus intulere.  
 Nam tu patris eras imago vivax,  
 Inque uno geminis frui licebat,

Et nato simul & simul parente.

Ergo nos gemitu profusore  
Et nati simul & simul parentis  
Uno in funere bina prosequamur.

Sed quanto gemitu profusore  
Illa prosequar, hoc minus parentem,

Hoc & te minus ipse amare dicar,  
Qui nato videar suum parentem,  
Parentique suum invidere natum,  
Et suam videar beatitatem

Invidere patri, invidere nato:

Qui nunc civibus ætheris recepti  
Unà cum Jove, cum diis jocantur,  
Unà deliciis & ævitate,

Et mensis Superum ambo perfruuntur.

Ergo vivite, vivite & beati

Et nato pater, & parente nato;

Rursus vivite, vivite & beati

Adriane parens, Othoque fili,


Unà cum Jove, cum diis jocantes,

Unà deliciis & ævitate,

Et mensis Superum ambo perfruentes.

Et vos vivite, vos Dii beati.

Et nato simul & simul parente.



## X.

Ad JACOBUM CUJACIUM,  
Jacobi Cujacii Filium.

*Illi⁹ felicitatem, suam vero infelicitatem  
exponit.*

QUID Cujacide, quid? tuine vivis  
Et vales memor usque Bonetoni?  
Quem priderat sibi sic puella vinxit,  
Sic sibi imperiosa mancipavit,  
Ut nec esse memor sui feratur.  
Nam tu (quod mihi fama nunciavit)  
Jam tener teacram collis puellam:  
Jam docet puerum puer Cupido,  
Quid oris decor, insolensque candor,  
Quid possit dominæ superba forma;  
Et dictat numeros, quibus lepores  
Amoresque tuos voces ad astra.  
Ames, culte puer, amas perennè,  
Et versu lérido tuos lepores,  
Amoresque tuos voces ad astræ:  
Atque det puerο puer Cupido,  
Sit cum amoribus &c tuā Dionē,  
Sit cum déliciis bene ac beatè,  
Quámque mi⁹ melius beatiusque,  
Quem nimis cruciat, nimisque torquet  
Duro marmore durior puella.

## XI.

## CL. V. ERRICO MEMMIO.

**M** Isisti geminos mihi poëtas,  
 Quos ego geminos ad umbilicum  
 Legi attentiūs. Est uterque, Memmi,  
 Quando judicium meum requiris,  
 Sanè perlepidus perelegánsque:  
 Sed quid judicium meum requiris,  
 Memmi, ævi decus atque literarum?  
 Cujus judiciūmque calculūmque  
 Tanti omnes faciunt boni poëtæ:  
 Tanti omnes faciunt viri eruditæ,  
 Nil tanti ut faciant boni poëtæ,  
 Nil tanti ut faciant viri eruditæ.

---

## XII.

JOAN. CUSSÆI SENATORIS  
 Parisiensis, & Renatæ Thuánæ  
 Epithalamium.

**R** Enatam, quā non formosior altera, vidi,  
 Miratúsque novas mortali in corpore dotes  
 Insolitos hausit formosæ virginis ignes  
 Cussæus, totísque furens incendia venis  
 Imbibit: unam ardens animi sequiturque premítque;  
 Unius in niveâ defixus imagine pendet.

Nec minùs arcano consumitur igne medullas  
 Parisias inter formâ clarissima nymphas,  
 Nympha novas experta faces; unumque requirit,  
 Unius

Unius in vultu sperati conjugis haeret. [raris]

Quid portò cunctaris Hymen? quóve usque mo-  
Tam cupidos felice jugo committere amantes?  
Huc ades ò, faustisque novos conjunge maritos  
Auspiciis: en te virgo, vírque integer aví  
Conjunctis poscunt studiis in vota vocantes.  
At jam mitte queri, jam luntas define Solis  
Incusare rotas, &c segnem dicere Phœben,  
Cuffæ, Armorice decus indelebile gentie.  
Jam tandem advecta est astris volventibus hora,  
Quâ curas lectumque leves, longumque laborem,  
Et voti damnere tui, & satiere petitio  
Amplexu, teneræ fusus per membra pueræ;  
Quam Veneri possis, quam tu præferre Dianæ.  
Jam tandem advecta est astris volventibus hora,  
Quâ digno conjuncta viro, dignisque Hymenæis,  
Virgo, Thuanæ proles clarissima gentis,  
Dulcia percipias genialis gaudia lecti,  
Gaudia sollicito non intercepta pavore.

Hesperus en rutilas ortâ sub nube sagittas  
Afra inter spargit, flammis en compita fervent;  
Et lauro postes, & vernant festa corymbis  
Atria; collucent tremulo fulgore per auras  
Legitimæ tædæ, noctemque incendia vincunt:  
Omnis honos, omnes coëunt ad limina fasces.  
Atque Amathontæas arces non inscia tanti  
Conjugii, caramque Paphon Cytherea reliquit,  
Cuffæique fores cari subit hospitis hospes,  
Nescio quo præter solitum conspectior ore,  
Et blandâ gravitate decens. Hinc indè ministri  
Pennigeri, ridensque Jocus, mellisque Juventas,  
Et levis excusso volat Indulgentia fræno.  
Idalizæ matrem stipant utrinque sorores,

Divinōsque novae Charitis mirantur honores;  
 Mirantur geminos imitantia lumina soles,  
 Certantēsque comas auro, & certantia puræ,  
 Colla nivi, lactique sinus, & labra corallis:  
 Mille animi dotes mirantur, mille lepores,  
 Mille artes, exulta quibus fert nomeu Olympo.  
 Renata, & præstat æqualibus una puellis;  
 Renata & proayis & claro sanguine nata,  
 Renata illius neptis veneranda Thuani,  
 Qui nuper solio princeps è principe Gallis  
 Jura dabat, legumque sacras tractabat habendas,  
 Indocilis judeæ recti mutare tenorem,  
 Infamique gerens impervia peccora luco.

Quid tu autem, innuptis olim, nunc gloria nuptis,  
 Quid cessas? cupidumque adeò remoraris amantem?  
 I, prodi tandem, quò te vocat hora, tuusque  
 Ille vocat titulis, & sanguine clarus avito.  
 Cuisseus, magni illius certissima proles.  
 Cuissei, quem Rex populos, latèque patetem.  
 Armoriana rigidâ jussit frangere securi.

Ille tibi amplexusque feret noctemque beatam,  
 Ille feret dulcesque jacps, perfusaque melle.  
 Oscula, constringens validis tua colla lacertis.

Felix ò nimium felix hæc virgine conjux,  
 Felix ò nimium felix hæc conjugæ virgo;  
 Vivite concordes, atque arctis vincula dextris.  
 Necesse, quam lento constringitur Herculis arbor.  
 Palmite, quam premitur vitis frondentibus ulmis:  
 Vivite, foecundam sobole exortate juventam;  
 Et Gallis natos, Gallis properate nepotes.  
 Qui leges, qui iura ferant, qui facta parentum,  
 Aequent, qui famam ventura in secula mittant.  
 Virtute insignes, insignem præstantibus ausis.

### XIII.

## TUMULTUS GALLICUS.

Ecce quid inexpleto diffutmpis pectora quietu,  
 Gallia, & affiduis perfundis fletibus ora?  
 Comprime singultus, lachrymairum corprime rivos.  
 Expectans diu tandem lux aurea fulsit,  
 Quia caput infunditur, terrarum dedecus, hostis  
 Calicofus dito vitam cum sanguine facit:  
 Quem (si nolle cupis printe incunabula vite)  
 Nocte fata Allecto reperirem fuit in urbis;  
 Et sumere infidus, tacitus innescere fratres,  
 Magorum penetrare tulas & summa regum,  
 Umanas catas decubit turbare sordes.

Ego olim placidas fare cum deniceret tribus  
 Gallorum, inuidie violentio concitus destu  
 Belli motu, totat Galoram invadere sceptra,  
 Pullatos equites nostros effundit in oras,  
 Arva Palatinis pervaeat Gallica plaustris:  
 Valente gentis natione celere laborat:  
 Obvia queque metit ferro; non electur annis,  
 Non ullis preelitis; jugulara suacrone senile  
 Confodit, innocentio conspergit fata crux:  
 Sanguinis raffa rurant, vittuntur fluminis tubo.  
 Haud aliter stridenter farric tigrisve lupisve  
 In miseras pecudes, longè custode fugato,  
 Magna mole ruit, balatum sanguine longam  
 Exsaturat tabem, & totis dat funera campis.

Proflituit matrum stellas ante ora puellas:  
 Convellit superiam effigies, convellit & aras;  
 Impius & nostre evertit monumenta salutis;  
 Vulcanus effundit templis, & sacra profanat,

Ipsas ante aras & pulvinaria divum,  
 Pontificum immitti pectus transverberat ense:  
 Quodque nefas dictu, captorum viscera torret;  
 Nec dubitat diris epulanda apponere mensis.  
 Sed qui fas putat esse sibi venerabile Christi  
 Proterere occultum panis sub imagine corpus,  
 Quid putet esse nefas? Animus meminisse perhorret  
 Tam dirum facinus, quod nec lustrare vel ingens  
 Oceanus, nec longa queat delere vetustas.

Quid Siculi quondam tale admisere tyranni?  
 Cedant Thracis equi, Phariique altaria regis,  
 Dira Lycaonie cedant opprobria lingue,  
 Infandaque dapes Atrei, Siculisque juvencus:  
 Tu quoque jungebas qui mortua corpora vivis,  
 Quaeque per ora tui egisti carpenta parentis.  
 Cede jam: hic vicit cunctos feritate tyrannos.  
 O scelus! o cunctis Erebi dignissime poenit:  
 Tunc Gigantaeis Gallorum invadere regna  
 Aggressus furiis, patriaque in viscera vires  
 Vertere? sacrilego sumet de sanguine poenas,  
 Nec tantum, mihi crede, nefas patietur iustum  
 Vindicis ira Dei, qui conspicit omnia justus  
 Arbitr, & justo soantes examine plecit.  
 Sic & qui patriam ferro flammisque petivit  
 Indomitos in corde gerens Catilina furores,  
 Invisam efflavit sub acerbo funere vitam.

Non, aut fallor ego, tibi semper amica favebit  
 Fortuna: adveniet tempus, quo diruta templa  
 Carolus & cives caesos urbisque reposcat  
 Eversas, & rura suis viduata colonis:  
 Quo tua certatim populus flammantia vellat  
 Lumina, sexcentis fodiat quo viscera telis.  
 Adveniet tempus, quo cuspidi pandat anhelias

Pulmonum latbras; tum celsi ex arbore pendens,  
Quod quiesisti armis, uties quod mente, petisti,  
Scilicet exstabis supra regesque dacisque.

Hos tibi fata ferunt, parat hos fortuna triumphos.  
Quod facis, interea confundas omnia luctu;  
Nil intentatum sceleris fraudisve reliquias,  
Miserisque viam laxes: quod caca cupido,  
Quoque immane nefas, ruptis rapiaris habentis.

At tu pene modum lachrymis, iam tuta peridi.  
Gallia, post metus. Major tibi partus Achilles,  
Sospite quo nunquam Galerum regna labescant;  
Major &c Alcides, validis qui viribus hydram  
Contundat, vitor qui Gallas obsidet urbes  
Henricus, nomenque ferens, omneque parentis.

Ingredere, o Regum soboles, fortissime ductor  
Francigenum, contraque feram fera suscipe tela.  
Tu nobis optata quies, solitique peridi.  
Præsidium, spes, & duris in rebus asylum:  
Te simus alpient fulgentes ære phalanges,  
Terga dabunt pavide rapidis perniciis Euris;  
Ut quum aquilam cœci volaces videre minores,  
Ut quum fulmineum videre armenta leonem.

Nec manu; tres acies uno (mirabile dictu);  
Træque duces amici praefantes cõficiis anno,  
Non te tristis hyems, non sevi fideris æstus,  
Non acies, non disticto fidentia ferre  
Agmina, non latis circundata incenia fossis;  
Non valles rupesve tenent, saltusve profundi:  
Sed sive serratas arcis, sive ardua bello:  
Oppida cotterias, tibi pervia marmora redditis;  
Nunc magnus Danaos astris attollat Homerus;  
Pergama qui signes occulta fraude doloque:  
Vix atnis cepere decim, vix mille carinis.

Sed, tamen & facinus! seménque capútque malo-  
Fax patriæ, regni prædo, communis Erinnys, [rum,  
Orbis proluvies vitali vescitur aurâ.

Quid tua, summe Deum, quid cessant fulmina? quid-  
Te juvat innocuos convellere fulmine montes? [ve  
Ardua quantumvis caput inter sidera condant.

Infandum hoc jam jámque tuis caput obrue telis,  
Nec nostras impune finas volitare per urbes.

Hoc te orant matrésque piz̄e innuptæque puellæ,  
Impubes, tardique senes. Quid, summe, moraris,  
O Superum Rector? nostris jam luctibus ille  
Consenuit, tantaque premit nos clade tot annos.

Ah moveant te, fiderez Rex maxime gentis,  
Tot clari bellique duces pacisque magistri,  
Quos dedit ille neci. Moveat te Briffacus ille  
Timoleon; animi nulli virtute secundus.

Magnanimi moveat genus alto à sanguine Bruti  
Martigus. Moveant tandem crudelia magni  
Funera Guiadiæ, cui nullum prisca tulere  
Secla parem; nullo se tantum Gallica tellus  
Principe jaetabit, qui quantum posset in armis,  
Audax sensit Iber, fortis sensere Britanni.

An nihil ista movent? Moveat te, summe Deorum,  
Rex juvenis, sed qui antevenit virtutibus annos;  
Et fratres, quibus ille genus miserabile leti  
Proditor occultis molitur fraudibus: adfer,  
Adfer opem, adversisque tuos succumbere rebus  
Tu, Pater alme, veta, conatus frange rebelles.  
Contunde immodicos ausus, atque artibus artes  
Callidus elude, & præsens res aspice nostras.

Audiit, & placidas tandem tot questibus aures  
Advertis, qui subiectis facilitique bonisque  
Parcit, & indomitos qui proterit & pede calcat.

Jam nōx atra polum terrásque involverat umbrā,  
Jámque sopor pigras latē diffuderat alas.

At Deus insomnis sceleratas sumere poenas  
Cogitat, & tacitus per noctem plurima volvens  
Infernásne adigat prædonem fulmine ad umbras  
Protinus, an populi manibus prosternat & armis;  
Quin populus prosternat, ait, rapiatque ruátque.

Nec mora: vix radiis Auroræ nuncius altos  
Stringebat montes, furiis qutum Gallia justis  
Consurgit, jam jámque micat seges undique ferri.  
Obstupet ille furens animi, & præfagia sentit  
Instantis fari: turtant præcordia diræ,  
Eumenidūmque faces, & conscius horror oberrans.  
Jámque illi fodunt hastis, hi lumina vellunt,  
Illi humeros quatunt, populant hi tempora, figit  
Ille latus, fecat ille humeros, rapit ille lacertos,  
Cordis hic arcanas rimatur cuspide fibras.  
Exanimum raptant urbis per compita corpus,  
Insultántque alacres, & voces infuper addunt;  
I, nunc captivas nobis impone catenas.  
Calandum spargunt triviis, matrūmque senūmque  
Plurima turta ruunt ad gaudia. Nemo secundis  
Instumeat rebus. Nimios Rhamnusia fastus  
Spésque premit tumidas. Qui regibus aktior ibat,  
Qui jam sublimi pulsabat vertice divos,  
En nudus pascit ferales in cruce corvos.

Quare age nunc tandem placidis allabere pennis,  
Perpetuos habitura dies pax aurea terris;  
Exulet & teto jám nunc Mars impius orbe,  
Dum pia in infidos moveamus proelia Turcas.  
Pulsus & Europā concedat barbarus hostis:  
Hic bello laxate viam; hic se effundat apertis  
Caceribus Mavors; vestras hic promite vites,

Nestris Euphratem sceptris adjungite: quæque  
 Irrigat arva rapax Tigris, quæque altuit urbes  
 Jordanes nitido longè celestissimus alveo,  
 Illyricosque sinus, Epiram & littora passim:  
 Ionio pulsata mari, sedisque vetustas  
 Eripite injusti tandem ditione Tyranni.  
 Hic immensa manent vos præmia: seu fit honorum;  
 Seu fit opum, quæ vos rapit, intempesta cupido.

At quibus extollam verbis te, Carole regum  
 Maxime, & Henricum pietate armisque potentem,  
 Auctores nobis taati qui muneric estis?  
 Nam licet hic summi favor est matutisque parentis,  
 Vos tamen haud minimam, mortalia numina, habetis  
 Partem opere in tanto. Quæ vobis præmia reddet  
 Gallia digna satè, tantis crepta periclis?  
 An viridi ex lauro statuet quercu[m]e coronant?  
 At tantis laurus meritis & civica quercus  
 Inferior fuerit; neque vos mortalia tangunt.  
 Vos, & divini vates, quos gurgite sacro  
 Proluit, & cytharæ pater insignivit Apollo,  
 Concinante asternas tanto pre munere laudes:  
 Gaudent humana laudari Numina voce.  
 Ipse equidem, faveat exceptis modò dexter Apollo,  
 Irradietque mihi vestri jucunda favoris. [men.  
 Aura, canam vestrumque feram super aethera no-  
 Nunc tandem auspiciis vobis, Superisque se-  
 Optati toties volvuntur tempora fecli: [cundis  
 Scilicet ut galeas obducat aranea telis;  
 Utque capo glomerentur apes umbonis in orbe,  
 Cerisque & mellis coelestia dona teponant;  
 Atque iterum miseras virgo veneranda per urbes  
 Visatur, solisque ferat sua jura colonis.  
 En quorum auspicio immensura legibus orbem

Prænabis. Mox te septemplicis ostia Nili  
 Agnoscent dominum; palmas tibi mittet Idume,  
 Et tibi flaventes volvet Paetolus arenas:  
 Jam Meroen ditione premes; profugisque Tomitis,  
 Sauromatisque vagis mores & moenia pones.  
 Jämque tua Insubres tremefacti jussa pavescunt;  
 Horret Iber; metuunt Boreæ pugnacis alumni,  
 Indomitique Angli, & Mavortia pectora Scotti:  
 Jämque adeò rerum victrix illa inclyta quondam  
 Dar famulas tibi Roma manus. En Galica quantis,  
 Dii superi, attollet quondam se gloria rebus! [rum,

Ergo age, spes hominum, spes Carole magna Deo-  
 Túque adeò, ô Henrice Deum genus, orbis uterque  
 Et decus & votum; quò virtus cumque vocabit,  
 Ita alacres animis. Jam pridem oracula vatum  
 Terrarum imperium, jampridem sidera vobis  
 Spondent. Quanta tuum tentabunt gaudia pectus,  
 Gallia, quófve dabis plausus: quum Carolus olim,  
 Quum tuus Henricus, spoliis Orientis onusti,  
 Hesperiae domini, reges Aquilonis & Austræ,  
 Advenient ambo insignes fulgentibus armis,  
 Ambo triumphali redimeti tempora lauro.  
 Felices, quicis tum illustres spectare triumphos  
 Fas erit, & quicis non longos inviderit annos.  
 Parca ferox. Quod si dederint mihi fata, Deifve,  
 Et mea maturis si Musa adoleverit annis,  
 Hos ego carminibus coner memorare triumphos.  
 Nec tamen hos ventura magis mirabitur ætas,  
 Quam patriam texisse armis, domuisse rebelles,  
 Cum yix prima genas vestiret flore juventa.



## QUERELA GALLIE.

**E**go novo semper bellorum exercita laetu  
 Aspera fata querar? Bis nova revolvitur tellus,  
 Ex quo civiles permiscent omnia flammam.  
 Quid dñe insuffisti mihi non necere sorores?  
 Quos ego non umbras undantes sanguine vidi?  
 Quas urbes, quos non cœperitis offibus agnos?  
 Quae non abductis squalentia rura celonis?  
 Qui mihi non perierte duces bellicque tegique?  
 Atamen heu nondum sitiatis Numinis  
 Et lachrymis lachrymas, Et deos credib[us] attingit:  
 Jamque novos repetita iterant intendit[us] iunctus.  
 Sic ut ego tot quondam opibus populi superbe,  
 Nunc heu orba Et ineps jacens Et visib[us]  
 umbra;  
 Quæd[am] adeo memorem pædit, non Nerius enīs,  
 Non me Germani veritas, non saltus Iberi,  
 Non Ital[us] vires; nati, pro[pt]er deductos! sp[iritu]  
 His mensere malis. Sic quæ dñs annula quædam,  
 Imperium terris, umbras sequitur Olympo,  
 Martia Roma struxit sibi funera tellis.  
 Sic qui nec flammas metuit Trojaque, Jovemque,  
 Sp[iritu] sui vior[us] proprio fuso induit enīs  
 Irā terribilis hosti Telamonius Ajax.      *[Eriurus]*  
 Quis furor? aut quæ vos stimulis agit improba  
 O stolidæ mentes, & cœca cupiditate faci  
 Peccata, viatorices in vos convertere dentes;  
 Et regnum tanto fundatum sanguino, tanto  
 Servatum per tot dubii discrimina Martis,  
 Crudeli lacerare manus, infandoque tumultu?  
 Tot fortes animas, tot fortia volvere leto

Corpora, subjiciant totum quæ viribus orbant?  
 Omnesque inter vos vestras absuntre vires?  
 Scilicet ut fractos tandem civilibus armis,  
 Omnibus exhaustis, propè cladibus, oppinxerat hostis  
 Integer, & pulsos regno deturbet avito.

Ergo pacatis conjungite foedera dextris,  
 Foedera quæ longos concordia servet in annos.  
 Veram nequiequam blandis adignantia verbis.  
 Flectere corda paro, placidam indignantia pacem;  
 Quæs immota fedet misera sententia matrem  
 Perdere, & ex iuncta penitus coavallare sedæ.  
 Di tantum prohibete nefas, si numina vestra  
 Rite colo, & meritos, indixi semper honores.  
 Si pia thura dedi vestras adulenda per aras,  
 Aspicite, o superi, & lapis, succeurrit rebus.  
 Sia matui, ait alio me saltæ extinguite letæ.  
 Reddite Cæfareis telis, furiisque Britanni;  
 Sternite Gotorum manibus, confusitate, flammea  
 Vangionum, saevis populandum exponite Cimbriis.  
 In me diræ ferox instauet Vandalus armæ.  
 Pullatique ruant equites, in me inviat omnia.  
 Concita barbaræ, & me premat undique, feruntur;  
 Aut potius totas effundat Aquarius urnas.  
 Abruptisque ruat densis è nubibus ignes;  
 Aut caput in nostruma Vulcadia spargite telas.  
 Si peream, manibus vestris, perisse juvabit.





JOANNIS BONEFONII

A D

ERRICUM VALESIUM,

Serenissimum Poloniae Regem,

*Latetiam celebri pompâ ingredientem,*

P A N E G Y R I C U S.

Ooperat herboſo componere membra cu-  
bili [ſomno ;  
 Sequana, languenti devictus lumina  
Cùm ſubitò exaudit latos ad fidera cantus,  
Pludentesque choros : ſummo tum ſublebat arane  
Mufcoſum caput; & roranti cornua vultu  
Naribus unda fluit, totis ſalit agmen aquarum  
Crinibus, & ſpargit concretam uligine barbam.  
Hirſutas umbroſa comas prætexit arundo :  
Coeruleus latos humeros circundat amictus.

Atque ille admirans dum lumine cuncta pererrat,  
Dum geminas acies nunc huc, nunc dirigit illuc ;  
Protinus exiliens virides resoluta capillos,  
Candentes nudata ſinus, nudata lacertos,  
Inter Naiadas formâ pulcherrima Doris,  
Et manibus complexa patrem mox talibus infit.

Nec

Nec dum fama tuas, genitor, p̄rvenit ad aures,  
 Sarmaticum imperium varii regesque ducēsque  
 Cūm dudum ambirent, atque hinc duo lumina gentis  
 Austriacæ, Arctoi Mavortia pignora Rheni,  
 Illinc eximiā p̄fstantis virtute Pyastus;  
 Hinc decertarent armis, opibūsque potentes  
 Suevus, & affinis Moscus; scepta aurea, scepta  
 Errico regnique datas totius habenas.  
 Quodque adeò mirere magis, non contigit ulli  
 Talis honos, tanto procerum plebisque favore.  
 Cujus nobilium, & p̄fstantior ordo Senatus  
 Annuerit studiis, plebs aversata frequenter  
 Abnevit: hunc plausu agrestes, hunc voce poposcit  
 Curia, castra tubis; cœlo, rure, urbibus, undis,  
 Omnia, quæ possunt, testantur gaudia signis.  
 Felix, cui sese diffundit publica tanto  
 Gratia consensu, cujus primordia regni  
 Omine prosequitur fausto concordia mundi.

Dixerat. Ille humeris vestem fulgentibus aptat  
 Insolitam, Tyrio saturatam murice, & auro  
 Intextam, cui per medias subtegminis oras  
 Arcano radiant fulgentes igne lapilli.  
 Coeruleæ verò comites nova munera Regi  
 Exornant: pars gemmato componit amictus  
 Stamine, & exuvias omnes, quas rettulit armis,  
 Hoste triumphato cumulat; pars flore recenti  
 Serta parat, violas, immortalisque Amaranthos  
 Permiscens, mollisque rosas, mollisque Hyacinthos.  
 Ast aliæ manibus per mutua vincula nexis  
 Festas exercent choreas, & carmina dicunt:  
 Impellunt aliæ vocales pectine chordas.

Interea Erricus solito conspectior urbem,  
 Sequana quam nitidis argenteus alluit undis,

Intrabat, populo circum, & plaudente senatu,  
 Sublimi spectandus equo, quem crine superbuna  
 Execto, gemmis, auroque inserta tegebat  
 Purpura, stringebant medium distincta colorera;  
 Floribus, & variis fulgentia cingula bullis.  
 Ipse ferebatur Tyrio admirabilis ostro,  
 Stipatus circum innumeris hercibus hexos.  
 Quem pater ut vidit, summa sublimis ab uada  
 Sequana sic illum nulto compellat honore.

Salve, magne pater patriæ, Dis proxime princeps,  
 Errice armipotens, cui se flectenda magistro  
 Tradit Hyperboreo tellus subiecta Bootæ,  
 Non sine consilio, reor, aut sine numine Diuum:  
 Scilicet hanc tibi Di laudemque, decusque reservant,  
 Ut, qui Sauromatis totes jam bella manantur,  
 Infrænes Nomadas, & inhospita pectora Moscos,  
 Infidösque domes Turcas, acrésque Bohemos,  
 Pannonas, & Dacos, & acutâ falce Gelonus.

Ergo jam metuant, jam jam trepidantia pulsat  
 Corda pavor, jam Maeotis, jam Caucasus horret,  
 Riphæique trenuant montes, & Caspia regna:  
 Nec satís Hercynio jam tutæ Bohemia, saltu.  
 Ille es nimirum, de quo mihi retulit olim  
 Carpathius vates, venturi haud inscius ævi.

Sume animos, inquit, nam si, quid Tuscus aruspex,  
 Si Lycia sortes sapiunt aviūmq[ue] volatus,  
 Si Phœbus, Dodona, Themis, si, vera loquuntur  
 Sidera, mox aderit, qui te super æthera fama:  
 Attollat, superisque tuos componat honores:  
 Qui regnum tertis, famam qui claudat olympo:  
 Illius haud dubiis regni cunabula signis.  
 Fulgebunt: nam si portantis fasce futuri  
 Imperii manifesta sedes, Nascentis Iuli.

Lambebat teneros ianoxia flammula capillos.  
 Dum viridis laurus flammis crepitante crematur,  
 Julius aetheras venit sub luminis auras.  
 Hujus in adventu venturi praesicia tellus,  
 Mirandum, subito tetes renovabitur artus.  
 Vis clementorum cedet, flagrantis amomi  
 Sudabunt tribuli faccos, opebalfama quercus,  
 Mella nabi; inculti producent lilia vepres:  
 Attonitas passim undantes sine feminine aristas  
 Agitantes, & natas ultra mirabitur uvas.  
 Aurora diffundet plene se copia cornu,  
 Lascique perpetuis decurrent gaudia rivis.

Jam tana qualis erit, cum summa accesserit vetas,  
 Ex ipso instantis peteris praescidere vultu.  
 Flagrabit oculorum acies, ardantis ab ore  
 Scintillae exilient; bello, horrida bella sonabit:  
 Totus se pueri versabit peccore Mavors.  
 Indomitam gaudebit equis; nunc teria cervis  
 Tendat, nunc huius majori incensus amore  
 Spumaferos invadet apres, atque arma per armas  
 Exiget, & certa defiget valvula fede.

Jam puer stroci concusses turbine Gallos  
 Sicut, & his condet Saturni secula campis:  
 Templa deis, pacem populis, sua rura colonis,  
 Pilea captivis, & Musis otia reddet.  
 Jam puer amplebit factis audacibus orbem,  
 Inferior nullo pietatis laude, nec armis.  
 Vixdum prima genas signabit flore juvenita,  
 Quum sua consilia, amnisque volentibus illi  
 Sceptra dabunt populi, quos frigida despicit Arctos.  
 Quantos tunc populi plausas, & quanta repente  
 Gaudia per cunctas Naturae dedita partes  
 Attenuatus ceraco! quantae miracula pompx!

Felix & magno nimirum dilecte Tonanti  
 Sequana, quem tanto jamjam donabit alumno;  
 Tum tibi nec pulcher Ganges, nec turbidus auro  
 Ister, & arcane Nilus celeberrimus ortu  
 Certarit; tum sponte tibi regnator aquarum  
 Cesserit Ausonidum: felices vos quoque tanto  
 Principe Sauromatæ, vestrum quo fospite regnum  
 Omnes nobilium numeros explebit honorum,  
 Nec gens ulla magis bello florebit & armis.

Hæc Proteus (ut fortè meo successerat antro)  
 Prämonuit. Nunc ergo animos, nunc erige men-  
 Nunc tu vera proba priscorum oracula vatum, [tem:  
 O flos Hectoridum juvenis, tremor orbis, amörque;  
 Quod patri Superi, quod & invida fata negarunt,  
 Ne desiste prius, QUAM TOTUM IMPLEVERIS ORBEM.

At tu, quam gelidæ despectat portitor urse,  
 Martia gens, felix tanto mox rege futura,  
 Quo dī nil majus terris, meliusque dederunt,  
 Pelle metum, quamvis cfrænis undique septa  
 Gentibus, hinc bello Moscus licet urgeat, illinc  
 Turca potens, latéque vagis discurset habenis,  
 Inde ferox Hunnus muros circumtonet armis:  
 Hic tibi praesidium, hic clypeus porrectus in hostem;  
 Haud illo melior quisquam gladiumve rotare  
 Fulmineum, aut magno jaculari pondere telum,  
 Aut longam validis moliri viribus hastam.  
 Quod si flectere equum, durisve inhibere lupatis,  
 Aut sinuare fugas, vel aperto currere campo  
 Mens ferat, ipse illi cedet Phillyrius Heros,  
 Cedet Amyclæus juvenis domitorque Chimære.  
 Ille vel armatas acies superabit inermis,  
 Obviaque horrendo sonitu ruet omnia circum.  
 Nunc animis ergo, nunc te spe denique in hostes

Attolle, ingentes nunc concipe mente triumphos,  
Erici auspiciis, atque auxiliaribus armis.

Nemo Serenatam in tantum pietate vel armis  
Extulerit, licet eterno reputatur ab aero  
Temporis antiqui series, licet usque Pyastum,  
Mosciam, &c reges Jagellæ ab origine jaes.  
Qualiter Eoïs quoniam matutinus ab undis  
Quadrijugos Titus curris impellit in axem;  
Sidem, quæ paro rutilant æstè nitore,  
Victræ latent, cœlumque Dei majoris honori:  
Haud fecus illorum totis radiania terris  
Errici emoriens perfringet humina lusca.

Hoc duce, si quid habent veri præfigia vatum,  
Quæ tibi jamdudum crudelia fata minantur,  
Quæque sibi ingentes orbis despondet habenas,  
Barbaries prostrata ruct, ne surgere possit  
Rufus, & ingentes regni instaurare ruinas.  
Jamque per obsoenos projecta cadavera vicos,  
Jam Scythico fluvios undantes sanguine cerno,  
Collaque ferratis regum constricta catenis,  
Et vincetas post terga manus: jam divita templa,  
Jam versa in cineres veterum simulacra Deorum  
Aspicio. Gaudete animæ, quas barbarus hostis  
Per mortes omnes, cruciatus, vincla, tenebras,  
Abstulit, insontes animæ, & melioris egentes  
Fortunæ. Advenit, qui funera vestra reposcat,  
Mittat Achilleas vestris qui manibus ulti  
Inferias, & damna ferox graviora rependat.  
Et vos, quos retinet viacis, & compede vincis,  
Solvite corde metum, tristes jam mittite fuctus;  
Ultor adest, qui vos vincis & compede solvat,  
Quique tyrannorum crudeli cæde redemptos  
Liberet, ô felix, totumque canenda per ævum.

Illa dies! Utinam spectacula tanta ferentem  
Advehat hanc velox croceis Aurora quadrigis!

At jam tempus adeſt, ut in hostes arma capessas,  
Ut cogas, Errice, tuas in bella phalanges.  
Ecce vocant litui, & stridenti cornua cantu,  
Tympanaque clamorque virum, atque hinnitus e-  
I felix, ne cede malis, ne defice duris [quorum.  
In rebus: magno venduantur regna labore;  
Nec nisi post domitos, immania monstra, Gigantas  
Jupiter ætherea princeps regnavit in aulâ.  
Hæc ubi dicta dedit, tumidarum rector aquarum  
Sequana mox seſe ſpumantibus abdidit undis.





# DE MUSA BONEFI

## O B

# AMORES SILENTE.

U C vos advoco sacra turba Vatum,  
Nupta innupta cohors dicata Phœbo:  
Vos δ præcipue tenella turba,  
Quotquot nondum Hymen ad jugum  
Huc vos advoco, concitatoris [vocabit,  
Has capeffite pectoris quædas.

Bonefus tener ille, terfus ille  
Bonefus, teneri lepos Phaleuci,  
Dum vixit suus, absque lege liber,  
Needum percitus usque amoris cœstro;  
Donec connubii superba vincla  
Tempfit, interea fluente venâ,  
Musas usque furens; furēnsque Phœbum,  
Concinnat modò flosculos suaves,  
Aut ludit lepidi jocos catelli,  
Aut spargit Venerum rosas virentes,  
Vel promit segetem osculationum,  
Vel nobis teneros polit Phaleucos.  
Ast ut Panchariden amare coepit,  
Atque hoc nomine fascinata mens est;  
Ubi injecta viro superba clari

Vincit communis; iamque vel omnes  
 Dum in una Venires Dione ludat,  
 Ultrò jam genio superbiante,  
 Vix sui memet, immensus fuerum,  
 Jam nec basia, flosculos nec ullos,  
 Nec rosas Venerum, aut jocos catelli,  
 Nec quidquam lepidi aut Catullientis  
 Huc transmittere curat ad sodales.

Ah! maturè adeò vale supremum  
 Das Musis simul & simul Phalcucis?  
 Quis hæc forte ferat Beneficium amantem?  
 Quis illum quoque sic ferat maritum?  
 Hoc tu Myro probas? probas Binete?  
 Hoc Durande feres? ferant, volent qui:  
 At Musas pariter patremaque Phœbum  
 Obtestor, potius nec ipse subam,  
 Vel hæc conditione subam Amori,  
 Novus ne hospes Armor, tyranni ad infar.  
 Sic foras abigat meas Cameratas.

J. Jacquerius Par.

Ιάνθ ο βανέριο.

Φαιθρ ξυ σοι ναός.

'Ως ἔτεσν γ', ('Εν σοι φοίβῳ ταῦς) ως ἀν αλιθος;  
 Σωτερίσκηλησις κ' ἔνομα φοῖς εργάσαν.

Nic. Denet. Par.



JACOBI PINONIS, V. C. Senatoris  
 Parisiensis, Elogium & Tumulus  
 JOANNIS BONEFONII.

**A**Dsta, viator, paululum, ac ne præteri  
 Manes piorum, tu nisi impius fies.  
 Teguntur isto conditi sub marmore  
 Magni Bonefi capsula cineres brevi.  
 Si nescis illum, scire te nihil quoque  
 Par est decoris, & leporis, & salis,  
 Et Gratiarum; quicquid & Phœbus docet  
 Charos alumnos; quicquid & chorus novem  
 Stillat sororum parvulis infantulis.

Namque hic Bonefus carminis venustissimus,  
 Mollis Phaleuci singularis artifex,  
 Sic eruditè, sic venustè concinit,  
 Sic eleganter cuncta, sic dilucidè,  
 Ut eruditis eruditius nihil  
 Quicquam putetur, nil disertis dulcissimus,  
 Denique quibusvis auribus jucundissimus.

Ergo inficetus, ruris & plenus, nisi  
 Musis abhorres, hos pios manes cole,  
 Barrique numen, ille cuius innocens  
 Tenuit tribunal; quæque claret ossibus  
 Ejus verendis; nec superbit his minùs,  
 Maroniana quam Neapolis fovens.

JACOBUS PINO, V. C.  
 ad JOANNEM BONEFONIUM.

**C**UR te carmine procem Phaleuco,  
 Infelix ego, qui Poëta non sum,

Queres forsitan, alme Bonefoni.

Sensi numine pescitum calorem,  
Et vates videor repente factus,  
Ex quo contigit hospitari apud te,  
Ex quo limina sancta adire vatis,  
Tunc voti reus, at deinde compos,  
Tantis per licuit, diésque paucos  
Tecum transfigere. Ergo Musa gestit  
Ad te pergere, versib[us]que tentat,  
Si possit, meritas referre grates  
Tam grati hospitii, tamque nomen  
Ad coelum lepido vocare versu.

Ergo candida perge Musa Barrum,  
Et magni pete Bonefoni sedes;  
Illum inter choreas novem sororum  
Cinctum Apollineā caput coronā  
Cantantem invenies, Apollinēisque  
Saltantem ad numerum: calenda primū.  
Tibi haec numina; dea pufilla surge,  
Et quoscunque potes profunde verbus.  
Nostrā non spis est referre dignas.  
Phoebo, Castaliis, tibique grates,  
Hospes optime. Tu tamen inerentes.  
Nec fac flocci animum, lubensque fume  
Grato ab hospite, grata quo Poëtis  
Sunt munuscula: sumq[ue] quos reponit  
Recens hendecasyllabos Poëta;  
Sed non hendecasyllabos, quibus te  
Extremos maris evagata fines,  
Dudum fama volans ad ultra vexit;  
Et quicis victa jacet superba Roma,  
De cunctis spotium ferens poëtis.  
Non haec vis animo est, ut annulaci

Sperem tot Veneres, Cupidinésque,  
 Quos nec Mercurius neps Atlantis  
 Ausit, Pieridéſve, & ipſe Phœbus;  
 Sed quos heptadecasyllabas aliteroux.  
 Haud dudum tuas audet expiri,  
 Dum falvere jubet tuas Camoceras.  
 Et quamquam illepidi, invicauſtique,  
 Si tu exceperis aquiri vultu,  
 Spirétque aura mihi tui favoris,  
 Ausim me in numerum referre vatum.

---

**Responsio BONÆ FONII in versus  
precedentes.**

**Q**UID ð candide, quid benignac Pino.  
 Tantis laudibus, atque honoris tuae  
 Jactas hospitium tui Boneſi?  
 Quid gestis adeò, atque gloriariſ,  
 Ac te denique prædicas beatum,  
 Ex quo limina noſtra contigisti?  
 Tu qui iuſtitiae forique lumen,  
 Qui flos, qui decus ordinis tagati,  
 Tu qui rex hominum politiorum,  
 Eras hospitio ampliore dignus.

Fas contrà mihi, Pino, gloriari,  
 Fas meam mihi prædicare fortia,  
 Fortunásque meas, tibique grates,  
 Quantas debo, maximas referre,  
 Quòd, angusta licet, licet puilla,  
 Dignatus fueris subire teſta.

Nam quis major bonos mihi, meisque,  
 Quam tuis hospitii accidiſſe poſſit?

Aut quæ gloria contigisse major,  
 Quam quod hospitio beatis olim  
 Hos licet tenues meos Penates?  
 Quos tu dum incoleres mehercle, Pino,  
 Non meum hospitium, aut mei Penates,  
 Non mea illa domus fuit, vel aedes,  
 Sed certè fuit illa Gratiarum,  
 Et Phoebi domus, & novem sororum;  
 Astræe fuit illa sacra sedes,  
 Fuit Justitiae celebre templum.

---

Idem, in eisdem versus.

**Q**uidni carmine provokes Bonefum,  
 Tu, qui carmina tam polita condis?  
 Tam comptos numeros & elegantes,  
 Ut non, Pino, novum aut rudem poëtam,  
 Infantem illepidum, atque inelegantem,  
 Sed vel Ausoniæ vetustiores,  
 Sed vel Ausoniæ venustiores,  
 Possis carmine provocare vates?  
 Tu qui sive elegos cposve tentas,  
 Sive carmine molliore ludis,  
 Tam feliciter omnia experiris,  
 Ut non te in numerum referre vatum,  
 Non te adscribere maximis poëtis,  
 Sed te Pierii chori magistrum,  
 Sed te regem Heliconis atque Pindi  
 Fas sit dicere, Principemque vatum,  
 Quotquot prisca tulit, recensque artas.

J A C O-

# JACOBUS PINCÆUS JANO BONEFIO.

**E**rgóne Sequanicæ repetes mapalia Barri,  
 Arváque Campano penè sepulta solo?  
 Nec jam Parrisijs mulcebis cantibus aures,  
 Aoniam quatiens hâc procul urbe chelyn?  
 Prò pudor! incultos iterum vaga Musa Tomitas,  
 Incoleat Ausoniâ ceu viduata domo?  
 Ah pereat malè sollicitos qui primus honores  
 Extulit, & summos quæsifit ære gradus.  
**S**e ilicet ut leges capiat te præside Barrus,  
 Et patriam &c. socios otiisque alta fugis!  
**Q**uid tibi cum strepitûque fori, turbâque clientum?  
 Molle tuum pectus mollia castra decent.  
 Et Venus & Musa, per quas tua nomina surgunt,  
 Numina naturæ sunt magis æqua tuæ.  
**U**tere quæsitis opibus tua rura colendo,  
 Sic videoas segetes luxuriare tuas.  
**S**ic Bonefi vastum latè decus impletat orbem,  
 Sic Veronensis jatn tibi cedat olor.  
**J**udiciis præsint Nervæ rigidique Catones,  
 Non facit ad fontes Musa Venüsque reos.  
**I**pse ego cùm possem summi pars esse senatus,  
 Patriiisque humeris purpura danda foret;  
**P**osthabui titulos, studiosaque ad otia versus  
 Regalis cameræ mollia signa tuli.  
**A**t tua perpetuo ferientur pectora motu,  
 Ulla nec à curis hora vacabit iners.  
**Q**uàm melius mecum peteres per florea rura  
 Herculique undas Herculique nemus!

Hic ego, nam memini, tecum cantare solibam,  
 Et patria & Latia carmina voce soane.  
 Tu numeris, quos ipse lyrâ mercetur Apollo,  
 Augebas Paphite regna beata deæ.  
 Quis tibi Barneis vates succurret in oris,  
 Qui canat, & cantus hauriat aure tuos?  
 Certus es ire tamen, nec te mea cura moratur,  
 Maxima cura tui, maxima cura mei.  
 Quod superest, igitur socio concede roganti,  
 Nec mea da levibus verba ferenda notis:  
 Sapius huc ad nos veniat tua littera præceps;  
 Et scribe ut valeas, ut valeamque rogi.

---

## IN FEBRIM BONEFONII.

**F**EBRIS pessima, tertiana febris,  
 Quid tibi & nitido meo Bonefo?  
 Cur vexas adeò immetentis artus?  
 Si nescis: tenet est Bonefus ille  
 Primus hendecasyllabum politor:  
 Quem & in molitiis habet Cythere,  
 Quem & in deliciis Apollo sumpsit.  
 Ne saevi ulterius, verenda febris.  
 Ah saevis tamen impotente morbo,  
 Exurisque, vorâisque, congelâisque,  
 Post depasta viri decota membra:  
 Sic circa stipulam levem, minutam,  
 Sic circa calamos superba ludis?  
 Redde pessima vultui nitorem,  
 Coloremque cuti, & leporem ocellis,  
 Venis sanguinem, & artibus vigorem:  
 Rupta tot spolia haec opima redde;

Torum denique redde mi Bonefum.  
 Si pallens cupis infidere fronti,  
 Pallorem incute frontibus reorū:  
 Si mortalia membra congelare,  
 Exustum Æthiopem, accolásque Nili  
 Misso frigore recreare tenta.  
 Cæstrā si juvat ustulare membra;  
 I, torre gelidi incolas Riphæi.  
 Quid tibi &c. nitido meo Bonefo?  
 Hunc flammā solitā carere censes?  
 Utic abea Pœcharis mandallas.

Jo. Jacquerius Par.







# JOANNIS BONEFONII

Notitia, & operum ab eodem  
scriptorum Censura, utrū in  
Menagianis habetur.

**J**OHANNIS Bonnefons, qui vivut sous Henry III, nous a laissé un petit recueil de poésies intitulé: Pancharis Joannis Bonnefoni, imprimé à Pois au 1587. Ce recueil ne contient presque autre chose que les louanges de sa maîtresse, la pluspart en vers Hendécasyllabes qui sont d'un aussi beau Latin que celut du règne d'Auguste. Depuis Catulle peu de Poëtes ont si bien réussi que Bonnefons dans les Hendécasyllabes. Son seul défaut est que ses vers sont un peu trop mous & effeminés; au lieu que ceux de Catulle respirent une vivacité plus male, qu'on appelleroit effronterie dans un siècle aussi retenu que le nôtre. Deux des plus belles pièces de ce petit livre, sont: Celle où il se plaint de \* l'aigrette qui a envie de piquer la main de sa maîtresse, devoit plaire moy piquer le cœur, qui étoit insensible aux traits de l'amour: L'autre est une + Epigramme qui n'est pas moins belle, où il se plaint qu'elle s'est rendue maîtresse de son cœur.

\* Ref. 2.      + Ref. 20.

Jean Bonnefons né à Clermont en Auvergne, s'étant fait recevoir Avocat au Parlement de Paris, fut ensuite Lieutenant général à Bar sur Seine. Il s'acquit beaucoup de réputation par sa Pancharis. Gilles Durant Sr. de la Bergerie, aussi Avocat au Parlement de Paris, & Poète, la traduisit en vers François; qui ont été ordinairement imprimés avec les Latin de Bonnefons. Les Poësies de Durant furent depuis réunies en un volume séparé, où, pour le dire en passant, se trouve à la pag. 214. L'Epitaphie de l'Asne Ligueur insérée dans le Catéchicon, de laquelle par conséquent est auteur Gilles Durant; ce qui jusqu'ici n'a pas été remarqué. Le même Durant dans une Ode à Antoine Mornac dit que Bonnefons étant marié cessa de faire des vers; Voici ses termes.

Notre Bonnefons, Poète  
Des vieux Latin envié,  
Eut soudain l'ame muette,  
Quand il se vit marié.  
Pour le vil gain d'un ménage  
Il quitta le voisinage,  
Qu'il avoit avec les Dieux;  
Et nonchalant de sa gloire,  
Des neuf Filles de Mémoire  
Cessa d'être soucieux.

Bonnefons, à la vérité, cessa de faire des vers d'amour, mais il en faisoit dans l'occasion sur d'autres sujets. Il mourut, non pas sous Henri IV. comme l'écrit Baillet dans l'article de Bonnefons, mais sous Louis XIII. comme nous l'apprenons de la 2. édition des

des Poëses Latinas de Jacques Pinon Conseiller au  
Parlement de Paris, parmi lesquelles sont quelques  
Hendecasyllabes de Bonnefons, & l'Epitaphe que  
Jaques Pinon lui fit, datée de 1614. Il n'a au reste  
jamais paru aucun vers François de Bonnefons.  
Ceux de Gilles Durand imprimez avec les siens lui  
ont été attribués par quelques lecteurs peu attentifs,  
tels en autres que le P. Rapin, à qui Baillot  
& en est fier sans l'avoir même bien entendu. A l'é-  
gard de la Pancharis tant vantée, je n'ai garde de  
croire que ce soit un chef d'œuvre, ni que le  
Latin en soit aussi beau que celui du règne d'Am-  
guste. Bonnefons pense & parle plutôt comme les  
modernes Poëtes Italiens que comme les Latins du  
bon siècle, du style, & du caractère desquels il est  
entièrement éloigné. Est-il rien de moins judicieux  
que ces Phalènes contre l'éguille qui avoit piqué  
la main de sa Maîtresse ? Ce n'étoit pas, ce me sem-  
ble, vouloir trop de bien à sa belle, que de souhaiter  
qu'une éguille lui piquât le cœur. Il valoit autant  
lui souhaiter la mort. Mais examinons un peu sa  
Latinité ; je pose en fait qu'il y pêche en plus d'un  
audrois.

(a) *Anxior.*] L'adjectif *anxius* n'a point de comparatif.

(b) *Diis.*] Diis n'est que d'une syllabe, il falloit ici Deis, comme dans ce vers de Lucain, *Victrix causa Deis placuit, sed victa Catoni.*

.. (e) Pancharidis.] X's est faisant au génitif  $\chi\acute{a}$ -  
- $\tau\acute{o}$ , il est sûr que sa Charis se declinoit en Latin,  
c'est Charis Charitis, Pancharis Pancharitis, qu'il

(a) P. 1, v. 4. (b) P. 7, v. 30. (c) P. 2, v. 8.

**837906** *fandroit*

faudroit dire, & non pas Charis Charidis, ni Pancharis Pancharidis: Ce qui n'est pas moins irrégularer que si au lieu de Charites on disoit Chacides.

(d) Mortificationes.] Quoique Parren ait die mortification, qu'Apulee ait hazardé mortificat & mortificatisibus oculis, il n'en dis cependant ni l'une ni l'autre mortification, & ce mot ne se trouve nulle part.

(e) Albedine.] Albedo ne se trouve dans aucun autre Classique.

(f) Et diduce.] On voit bien qu'il a voulu imiter ces vers rapportez par Aulus-Gelle. l. 19. c. 31.

Dulcissime florem spiritus  
Duce ex aperte trahite.

Mais si ducere florem spiritus pour trahere, haurire florem spiritus est élégant, il n'en est pas du même de diducere qui est ici très-impropre.

(g) Humum.] Qui a jamais dit humum corrucre pour humi?

(h) Rabedo.] C'est pas qu'albedo qui tout au moins se trouve dans les Gloses, au lieu que rabedo n'y est pas.

(i) Titillant.] Il fait breve la première de titillant que est longue.

(k) Pyropis.] Il a cru que pyropus signifiait un escarboucle. Mais Omphre Parvin c. 17. de son livre de Ludis Circensisbus a observé que c'est pyro-

- (d) P. 12. v. 41. &c. p. 39. v. 6. (e) P. 45. v. 28.  
(f) P. 20. v. 2. (g) P. 23. v. 4. (h) P. 27. v. 2.  
(i) P. 33. v. 2. (k) P. 34. v. 21.

pum

pum an neutre qu'il faut dire par rapport à metallum, parceque c'est un mélange de trois parts d'airain & d'une d'or. Ce vers du 4. livre de Propere, Elég. xi. *Picta nec inducta fulgebat parma,* par trop le passage de Pline l. 34. de son Hist. nat. c. 8. sur la fin, prouvent manifestement que c'est une composition métallique.

(l) *Nexuosa.*] *Nexuosa* est une adjectif inconnu dans la bonne & pure Latinité.

(m) *Miscuo.*] *Miscuus* est un mot barbare.

(n) *Salaciásque.*] *Salacia*, qu'il prend ici pour un synonyme de *salacitas*, signifioit parmi les anciens Romains la Déesse qui présideoit au reflux de la mér, & souvent la mer elle même. *Salacia* n'a d'ailleurs point de plurier.

(o) *Faventiásque.*] Vieux mot hors d'usage.

(p) *Lingulationes.*] Autre mot pire que mortification, & de fabrique toute nouvelle pour signifier ce que les Grecs appellent *καλογλωττίζειν*.

J'aurois pu alleguer (a) suave & ses derivées dont il divise presque toujours les deux premières syllabes contre l'usage des Anciens; (b) te te, répété jusqu'à l'excès, quoi que sans grace; (c) beatitas, employé hardiment, & que Cicéron n'a proposé qu'en tremblant; (d) suspicioſus, la seconde breve que

(l) P. 35. v. 7. (m) P. 37. v. 26. (n) P. 37. v.  
ult. (o) P. 38. v. 1. (p) P. 38. v. 7.

(a) P. 1. v. 11. p. 4. v. 10. p. 5. v. 1, 10. p. 12.  
v. 27. p. 15. v. 1, 3, 4.

(b) P. 5. 21. p. 17. v. 15. p. 20. v. 15. p. 25. v. 14.

(c) P. 6. v. ult. p. 8. v. 3.

(d) P. 11. v. 2. p. 18. v. 19.

les

les meilleurs Grammaticiens tiennent dingue, parce qu'ella est telle dans le substantif feminin suspicio d'où cet adjectif descend; (e) melliculum diminutif qu'il a mal lu dans Plaute, au lieu de melleculam qu'il devoit y lire avec Priscien; (f) evibras, verbe suranné dont il a mal pris le sens; (g) fruiscor, autre verbe suranné; (h) Cypris, que nul ancien Poëte Latin, avant Ausone, n'a dit pour Venus; (i) despicaris pour spernis; (k) deinceps de trois syllabes, & (l) tractat dans la signification de vellicit. Mais je lui fais grace de ces remarques & de quelques autres, les précédentes, si je ne me trompe, suffisant pour faire voir que les louanges données si libéralement jusqu'ici à ce Poëte, font force au dessus de son mérite.

(e) P. 12. v. 2.

(f) P. 14. v. 25.

(g) P. 35. v. 22.

(h) P. 16. v. 9. p. 35. v. 16.

(i) P. 17. v. 12. &amp; p. 18. v. 3.

(k) P. 32. v. 23. (l) P. 37. v. 6.



F I N I S

## *Books Printed for J. Tonson.*

*Lately publish'd by Mr. Maittaire, in Neat Pocket Volumes, the following Books, viz.*

THE KAINHE ΔΙΑΘΗΚΗΣ ΑΠΑΝΤΑ. Novum Testamentum. Gracé.

P. Virgilii Maronis Opera.

Q. Horatii Flacci Opera.

Catulli, Tibulli, & Propertii Opera.

P. Ovidii Nasonis Opera tribus tomis comprehensa.

Publpii Terentii Carthaginensis Afri Comœdia Sex;  
Titi Lucterii de Renum Naturâ Libri Sex.

M. Annzi Lucani Pharsalia: five de Bello Civili inter Cæsarem & Pompeium Libri Decem.

Phædri Aug. Liberti Fabularum Aſopicarum Libri  
Quinque; item Fabulæ quædam ex MS. veteri à Mar-  
quardo Gudio descriptæ; cum Indice Vocum & Lo-  
cationum. Appendix loco adjiciuntur Fabulæ Graz-  
æ quædam & Latinæ ex variis Authoribus collectæ;  
quas claudit Avieni Aſopicarum Fabularum Liber U-  
nicus.

D. Junii Juvenalis & Auli Persii Flacci Satyræ.

M. Valenii Martialis Epigrammata.

Cornelii Nepotis excellentium Imperatorum Vite.

Lucius Annius Florus. Cui subjungitur Lucii Am-  
pelii Liber Memorialis.

Caii Salustii quæ extant.

Velleii Paternuli Historiæ Romanæ quæ supersunt.

Justini Historiarum ex Trogo Pompeio Libri XLIV.

Q. Curtius Rufus de Rebus Gestis Alexandri Mag-  
ni.

C. Julii Cæsaris & A. Histii De Rebus à C. Julie  
Cæsare gestis Commentarii. Cum C. Jul. Cæsar.  
fragmentis.

Christus Patiens. Rapini Carmen Heroicum,



Digitized by Google













